ANALYSIS CAPITIS VICESIMI QVARTI EVANGELII SECVNDVM MATTHÆVM,

in qua Prophetiæ omnes, & quæ ad Sinagogam, *& quæ ad Antichristum seductorem illum, & quæ ad nostra tempora spectant, clare explicantur, nec non ministerium ecclesiasticum cum omnibus suis adiunctis declaratur ac aelineatur.*

Authore FRANCISCO TRIGGO.

Mary Warde



OXONIÆ,
Ex officina IOSEPHI BARNESII, celeberrimæ Academiæ *Typographi.* 1591.


BRITISH MUSEUM

ORNATISSIMO VIRO D. GVLIELMO IAMESO, SACROSANCTAE theologiæ professori, & ædis Christi apud Oxonienses Decano, & academiæ Oxoniensis Vicecancellario dignissimo, gratiam, & pacem, & salutem in Christo Francis. Triggus Welburniensis ecclesiæ pastor exoptat sempiternam.



UAM sit difficile & periculosum (ornatissime vir) in hisce exulceratissimis præsertim temporibus, cogitationes nostras literis mandare, easdemq; legendas populo proponere: doctissimi viri, & omni literarum genere excultissimi graui cum dolore experti sunt, quorum querelæ præclarissimorum hominum studia ita retardauerunt, vt eorũ labores perpetuo silentio, cum magno ecclesiæ malo, sepelierint & obruerint. Sed quoniam neq; ab imperita multitudine pendere, neq; inuidorum voces debent pertimescere, qui labores & curas ad Dei laudẽ, & ecclesiæ emolumentum retulerunt: digni mihi videntur reprehensione, qui malunt in otio consenescere, quàm in labore vitæ curriculum transigere, cum ad hoc potissimùm nati simus, & in lucem editi, vt Dei gloriam inter homines propagemus, & eos qui in tenebris delitescunt ex inferorum faucibus eruamus. Equidem non ignoro, quã graue onus sustineamus omnes, qui in ecclesia docendi munus profitemur, cum cuiq; nostrum & muneris, & vitæ coram domino & Christo suo ratio reddenda sit, ideoq; pro virili eniti debemus omnes Spartam, quam nacti sumus, ornare, & Sionem ad perfectam pulchritudinem reducere, vt quasi virgo integra, & incorrupta in oculis Sponsi elucescat. Quapropter danda est mihi venia, si nec tenuitas orationis meæ, nec ingenij imbecillitas, nec doctissima tam antiquorum, quam neotericorum commentationes me a scribendo potuerunt deterrere, cum malim ad domum Domini extruendam fœnum, lapides, aut lignum adducere, quàm in sudario talentum reponere, & cum seruo illo nequam ad sempiternas tenebras amandari. Quod si qui sint, qui lucubrationes hasce meas lectione sua omninò credant indignas, velim existiment, me paruulis & literarum rudibus illas scripsisse, vt saltem illis possim prodesse, qui adhùc ad perfectam

 fectam

dictam eruditionem non ascenderunt; vt saltem lacte ad salutem enutriantur, donec solidiores cibos possint degustare. Te autèm (ornatissime vir, & patrone mihi multis nominibus colendissime) ex omnibus selegi, cui me & labores meos consecrarem. nam cùm sis & egregius bonarū literarum fautor, & acerrimus religionis propugnator; cùm a primis annis literas cum vera pietate & religione coniunxeris, eosq; ad literas & sinceram fidei professionem semper excitaueris, qui tuæ fidei fuerunt commendati, & gaudeo, & gratulor mihi, me talem nactum esse virum in cuius tutela possim conquiescere, quo & inuidorum tela faciliùs possim repellere, & securiùs in suscepto vitæ cursu permanere. Præclarè itaq; mihi contigit in ea domo & illo Vniuersitatis collegio, cui tu olim magna cum laude præfuisti, literis institui & erudiri: quia ex te, tāquàm ex vberrimo fonte, hausi quicquid vel ad vitā colendam, vel ad animum exornandum possit valere. Ideoq; confiteor & agnosco me eum tibi honorem & debere, & præstare, quem vel a filio possis aut debes expectare. Vale itaq; (vir ornatissime) & me, quo solitus es, amore prosequere. Ex Welburnia mea, decimo nono April. anno à partu Virginis. 1591.

Tuus in euangelio
Iesu Christi filius,

FRANCISCVS TRIGGVS.

Analysis capitis vicesimi quarti Evangélij *secundum Matthaeum.*



T egressus Iesus è templo, abibat: & accesserunt discipuli eius, vt ostētarent ei ædificia templi. Iesus autem dixit eis; Nonne videtis hæc omnia? Amen dico vobis, non relinquetur hic lapis super lapidem, qui non dissoluatur. Miratur mundus ædificia: patres verò nostri tabernacula incoluerūt, vt refert Scriptura: & Israelitis iam ciuitatum, domorum, palatiorum, vineatū dominis ac possessoribus factis, quotannis festum Tabernaculorum celebrare a Deo præcipitur, vt memoria pe regrinationis illius per eremum 40. annis factæ, apud posteros conseruaretur, eisdemq; innotesceret, nec vestes eorum vetustate defecisse corruptas, nec pedes eorum intumuisse, vt divinā erga Iudæos bonitatem agnoscant, & vt discant, ciues facti, se tamen adhuc peregrinos esse cum patribus, se non habere manentem civitatem hic in terris, sed tantummodo ad tempus commorandi locum, vt discant in rebus terrenis non figere animos, neq; in eisdem thesauros reponere, vt eadem sit eorum fides & nostra erga Deum, qui est in cęlis. Vndè Iesus monet, & consulit, Ne thesaurizetis super terram, vbi tinea & erosio corrumpit, & vbi fures perfodiunt, ac furantur: sed cōgerite vobis thesauros in cælo, quos neque tinea lædit, neque erosio corrumpit, neque fures auferunt aut suffurantur: & mentem ad deū, a quo profecta est, discite erigere, & attollere. Et ego abeo parare vobis mansionem, *i.e.* locum: Istæ, quas tenetis, mansiones, nō sunt ad omnem æternitatem duraturę. Et facite vobis amicos ex mammona vestra, qui vos in æterna tabernacula recipiāt, & quæ cælestia sunt sapite, & curate. In his Iudæos illos antiquissimos festū illud tabernaculorum erudiuit, & nos ex Iesu Christi evangelio, quod splendorem suum luce clariorem in omnes terras diffudit, ista documenta eruimus & exhaurimus. AEdificia ista habebant malum patronum. Cain enim primus legitur civitatem extruxisse: & auaritia & rapinę domos potentum exornârunt. Vndè Achab ille & avarus & durus domum eburneam exædificasse legitur: & Iechonias ille filius boni Iosiæ, cujus oculus & animus ad quæstum & lucrum, ad vim & injuriam erat intentus, domum amplissimam, cænacula spaciosissima, fenestras latè

Loquutio hyperbolica, significans extremam vastitatem: unde docemur seruatorem in doctrina sua hujusmodi sermonis tropis vsum fuisse, nec ab illis abhorruisse, nec juxta literam omnia ejus dicta intelligenda.

Matt. 6. 19.20.

Gen 4.17.

1.Re.22 39.

Ier.22.13 14.15.

patentes,

Musculus in annotat. super euangel. Matth. ex Josippo Iosephi abbreviatore.

patentes, Cedrinum tectum, & Indico illo florido ac curiosissimo pigmenti ac coloris genere depictum exædificauit. Et Herodes vulpes ille, exactor crudelis, templum istud Ierusolimitanum olim renouabat & restaurabat, quemadmodum refert Iosephus, & illud juxta proportionem primam, juxta Solomonis mensuram exædificari voluit. Hinc aurum & argentum ex ærario suo deprõpsit, & cæsoribus lapidum, non illorum vulgarium, sed electorum & marmoreorum, & artificibus lignorum est elargitus: & demolitus templum, reædificauit ipsum longitudine centum, latitudine centum, altitudine etiam centum cubitorum. Omnia centenaria, alba, marmorea, exquisita, consummata. Lapidum altitudo centum & viginti cubitorum ex fundamento: vt ad firmitatem basis viginti cubiti terram subter subsiderẽt: ad magnificentiam verò aspectus cẽtum terrę supereminerent. Omnes lapides pares, lati cubitos 12. crassi octo. Ostia auro ornata, gemmis circũsepta: vectes argẽtei, & limina: porticus etiã domus & atria duo magnificẽtissima extruxit, adeò vt hic rectè dici possit illud: õnia octo, completa, absoluta, perfecta, quadrata. Hoc ædificium 46. annis ædificatum, sic exquisitum, sic politum, sic iam florens & fulgens, admirantur Iudæi, ostendunt Iesu Christo discipuli, vt rem præclarissimã, & omni laude & memoria dignissimam. Hoc tanti faciebant, vt ne verbum ferrent contra hoc prolatum. Calumnia illa mortis Iesu Christi, erat hujus falsa & simulata ruina, quam ille nunquam voluit, sed deplorauit & amarè fleuit. Vita, vitia, iniquitas, prophanationes populi & sacerdotum, istud præclarum ædificium diruebant. Hincq; iam in domo ista illud *Mishle*, proverbium regium Salomonis sortitur effectum: Auarus improbus diruit suis manibus domum suam, accersit sibi pestem, cuniculos agit cubili proprio, eradicat stirpem propriam, non arborum, sed filiorum, quemadmodum huius ruina templi, & gentis exitium planè docuerunt. Populus fortis, robustus, bellicosus, prudens: domus ista, templum, lapidibus firmis, pretiosis, recentibus extructum: Civitas munita mænibus, vallata præsidijs, mõtibus circumdata: vt nec naturæ, nec artis, nec hominum vlla præsidia deessent; & tamen omnia ista nullius fuerunt momenti aut roboris. Captivus fit populus vniversus, civitas desertum, templũ, non lapis super lapidem. O mira desolatio & pænè incredibilis! O peccata iam mensurâ plena, quæ tantam pænam commeruerunt, quæ talem plagam infligere potuerunt! Dominus non curat ædificia, sed dominos; non lapides, sed colonos; non civitatem respicit, sed ciues; non

templum,

templum, sed cultores de cælo intuetur. Illa admiratur humanus animus; istos visitat, considerat, pōderat divinus oculus. Domus mea, inquit Iesus, domus orationis vocabitur, domus fidei, domus panis, domus Dei. Quomodo eũ invocabunt, in quẽ nó crediderũt, & quomodo credent, si non audierint, & quomodo audient, sine predicatore? Sed vos fecistis speluncam latronum; speluncam, vt tegat fraudes vestras, hypocrisin, avaritiam. Qui nomen, & locum, & laruam, & habitũ, & honorẽ, & redditus servorũ & sacerdotũ meorum vobismet vendicatis: sed munera, onera, officia, præcepta negligitis. Fures divinæ gloriæ, non sacerdotes; non doctores, sed duces cæci populorũ; non docentes legem, sed ventrem saginantes; non quærentes gloriam Dei, sed vestras possessiones augentes; non orationes, & supplicationes ad me, sed ad vos; non honor meus quæritur, sed vester: non sacrificia mea, sed saginatio vestra. Hæc diruunt templum, hæc desertam faciunt ciuitatem, hæc captiuum reddunt populum. Quinto Esaiæ, illa intolerabilis dominorũ cupiditas domorũ ruinã acceleravit, illa gloria, illud aue hominũ, vę gravissimũ à Domino procuravit. Et illę agrorũ sine fine, sine termino, sine modo possessiones, emptiones, circumseptiones, amplificationes, sterilitatem, penuriam omnium rerum, & caritatem induxerunt. Mirè operatur Deus: viæ ejus, non sunt viæ nostræ. Cùm domus exstructa, ornata, instructa omnibus, apparata jam fuerit, ille auferet dominũ de terra, perdet possessorẽ, imò civitatẽ desertã, sine habitatore ōninò relinquet. Hæc deploram' & ægrè ferimus, & rẽ indignã existimamus: at erit in oculis Domini iustũ, rectum, vsitatissimum. Agros nos opinamur latepatẽtes, plurimos, spatiosos, sine limitibus, vberes fore, fructuosos, lucri etiam & fructuum feracissimos: at omninò contrarium Dominus operatur. Videte apud impios latepatentes montes, solitudines spaciosas, desertas, steriles, invtiles, vix aut ne vix quidem herbam aliquam ferentes: contra ctas verò apud pios valles, insulas illas parvulas, feraces, & planè fructuosas aspicite. Non vult Dominus latitudinẽ agri, sed fimbriã ejus quasi fructuosam. Non illa avara plurimorum possessio, non cultura nostra, non cura, sed benedictio Dei, pluvia, & cælestis gratia largitur incrementum. Eadẽ peccata templum Solomonis perdiderunt 7. Ierem. et desertum fecerunt tabernaculum in Shiloa, vt habetur Ps. 88. Non curat Deus mænia, monasteria, parietes, tecta, aurũ, ædificia, sed inhabitãtiũ opera. Devorarunt Pharisæi viduarũ domos sub prætextu lõgarũ precũ: mẽthã, & anethũ, & cuminũ decimabãt, at legis doctr nã omiserunt.

 omiserunt.

omiserunt. Authoritatem & gloriam suam ambiebant, asserebant, & vendicabãt; sed Dei honorem neglexerunt, spreuerũt, contempserũt. Lucrum pietas, otium religio, vestium mundicies sanctitas, opera ostẽtationes, doctrina stupida, cæca: plus aurum quàm templum, plus domum quàm altare æstimabant. Ista, atrium Ierusolimitanum, ista, tẽplum illud tam magnificum, ista, monasteria nostra, ista, eorum tecta, ista, lapides & muros sic firmatos, sic politos, sic in æternum quasi exædificatos solo æquârunt, vt nec ex eis lapis super lapidem iam ferè relinquatur. Hinc cesset stulta illa multorum misericordia murorum, ille stupor planè lapideus lapidum, qui monasteriorũ muros dirutos dolent, qui ruinas eorum intuentes gemũt: rimẽtur potiùs harum ruinarum causas, judicia Dei hic agnoscãt, peccatorum eorum, licet occultorum, licet sub agninis pellibus delitescentiũ, grauitatem agnoscant. Non erant templo isto Ierusolimitano vel magis magnifica, vel magis firma, vel magis antiqua, vel magis aurea, vel marmorea: tamẽ eius ad solum vsq; eversionem a Seruatore Iesu profectam esse iterũ atq; iterum debent existimare. Recognoscant illas monasteriorum ruinas regnante Henrico 8. pietatis & religionis amãtissimo, anno Domini 1538. procuratas, non in angulo aliquo, sed per Angliam vniversam, non per obscuros aliquos viros, sed per celebres & venerabiles legum doctores, Thomam Læum, Richardum Laytonum, Thomam Bedillum, Archidiaconum Cornubiensem, Thomam Barthletum notarium publicum, qui illorum cænobia & monasteria perscrutati, & cynædos, scortatores, ganeones, puerarios Sodomitas in ijsdẽ per plurimos inuenerunt, vt in vnoquoq; eorum novam credideris esse Gomorram. Liber eorum vocatur *Breviarium compertorũ in Monasterijs & conventibus*. Ex quo libro nomina, facta, numerum in quoq; loco compertorum facinorosorum, non tam Monachorum, quàm dæmoniacorum recensere, horret planè animus. Peccata in lucem produntur, personæ nominantur & numerantur, ipsimet delatores, accusatores proferuntur: & hic liber, & hæc flagitia non liberorum hominum (quales se simulabant) sed filiorum planè Belial; non sacrificulorum, sed Sodomitarum, monasteria illa prę clara, domos splendidas, & alta mœnia diruebant. Sic fecit Iosias pius ille Rex Iudæ, edixit omnibus per sacerdotes legẽ Domini, pepigit fœdus ipse cum domino, juramento adegit omnes in obedientiam istam divinæ legis. Omnia instrumẽta regalia, religiosa, quę ad idololatriam parata essent, effert & comburit. Atratos illos Chemarim, Monachos claustratos, seu reclusos,

clusos, vt sic dicam,(*Camar* enim hebraicū significat demigrare, & etiam Syriacè claudere aut recludere) datos gratis, suis sumptibus a regibus Iudæ, ad incensum faciendum in excelsis, in civitatibus Iudæ, abolevit. Ergo excelsa illa donata possessionibus fuerunt: nā Chemarim illi dati dicūtur Heb. à regibus Iudæ, & quasi fūdati. 2. Reg. 23. 5. 6

Deinde sculptile illud aureum, & lucum etiam (vt est verisimile) itidem aureū, quod Manasses avus ejus, insignis ille idololatra posuerat in domo Dei, combussit igne, & in puluerem redegit, quod legimus 2. Regum cap. 21. ver. 7. Et posuit Manasses sculptile, seu imaginem silvę, quā fecerat, in domo, de qua dominus dixerat Davidi & Salomoni filio ejus: In domo ista, & in Ierusalē quā elegi ex omnibus tribubus Israel, ponā nomen meū in ęternum. Nec vel pedem movebunt de terra sua amplius Israelitæ, si legem meam, quam per Mosem seruum meum illis tradiderim, obseruauerint. Tremelius sic vertit: Et collocavit cum sculptili lucum quē parauerat: quasi duo essent: Sculptile seu effigies hominis, vel creaturæ alicujus, & etiā sylua circumfusa. Nam habuit lucus iste & idolum, vasa sibi dicata: 2. Reg. 23. vers. 4. Et ex cōsequenti videbatur illis non solū silua, sed etiam forma talis, quæ ministerij humani capax esset. Hoc totū, quicq; erat, in pulverē redegit Iosias, quia legi Mosaicę repugnabat: & ergo vel ex auro, vel argēto, vel simili aliqua materia cōstabat. Non dissimile sculptile (meo iudicio) Crucifixi imago erat apud nos, quæ ligno cęlato & deaurato in quolibet tēplo erigebatur. Lupanaria itē destruxit de domo Domini, quæ textilia texebant ad ornandum illum lucum. Tum demùm omnia excelsa demolitus est, quæ sine dubio ędificia habebant monasterijs nostris æquiparanda. Nec enim probabile est illos in montibus illis sacrificasse sub dio (quod aiūt) sine domibus, nec templum illud gloriosissimum sua sponte, ac liberè deseruisse, nisi aliorum ædificiorum ac etiā ædium sacrarum pari magnificentia allicerentur. Et excelsa illa *bamoth*, legimus ædificia fuisse, a sublimitate (vt videtur) sic dicta, & non montes æditos: 2. Reg. 17. Ver. 9. vbi sic habetur: Et ædificārunt excelsa sibi Israelitæ per omnes civitates, a villa & excubiarū arce, ad civitatem munitam & vallatam, vt apud nos in omni ferè civitate & villa amæna, ædificata cænobia, & monasteria excelsa vidimus. Et Ieroboā horū parēs quasi, & fūdator primus, legitur fecisse domos dicatas idolis, & sacerdotes instituisse, & in ijs collocasse sacrificulos, qui ibidē eruderētur, & alerētur (vt videtur) ex fęce populi, & etiam verisimile, ijsdem stipendia & possessiones, vel saltem decimarū

 pattem

partem aliquam concessisse. Vndè desumpsisse legitur sacerdotes, quos in Bethel ad sacrificia, & deorum cultum adhiberet.

Excelsa autē ista qualia fuerāt, & quis eorū vsus, vel abusus potiùs, clarè docet nos decimū sextū illud caput Ezechiels. Quo in capite, veluti in cōcione aliqua cęleberrima, digna meditatione nostra & cōsideratione, Dominus sua in vniversam gentē Iudaicā beneficia maxima, & eorum scelera & maleficia planè nefanda, & supplicia condigna recēset. Vbi primò, infanti nuper nato, infirmo, polluto, exposito, deserto ac derelicto ab omnibus, gētem illam, & vniversum itē genus humanū Dominus cōparat & cōfert. Et cū hoc in statu, & loco fuisses, inquit Dominus, (nā cum gente illa quasi præsente expostulat) quū nullus esset oculus, qui tui misereretur, nullus qui reciperet; sed in superficiē agri, in cōtemptum & subsannationē personæ tuæ, quasi res nihili, projecta fueras; & ego transiens juxta te, cum viderē te conculcandam in sanguine tuo, dixi tibi in sanguine tuo, viue: & dixi tibi in sanguine tuo, viue. Geminata vita ista, mortem nostram cer

Gen. 41. 32. tissimam & completam enarrat: Sicut etiam somnium illud Pharaonis duplicatum, certissimam famem Ægyptiacam: et illud gratis sic ingeminatū ab Apostolo Paulo ad Ephesios, nullā in salute, & in iustificatione nostra, operum nostrorum rationem habendam significat. Nec hoc solum, vivificaui te, planè miseram ac mortuam: sed copiosam reddidi, vt germen agri, & multiplicavi te, & magnam reddidi, & ornamēta pretiosissima venire feci tibi. Vbera tua sororiauerant, vel intumuerāt, vt vertit Pagninus, & pilus germinaverat: matrē te feci lætam, ac fertilem. Lac verbi mei in te stillaui, & prophetis te donaui, qui lactare liberos tuos possēt; & pilis cultuum & ceremoniarum mearum te decoram reddidi, quum esses nudissima & retectissima. Quapropter transiens præter te, cum viderem te (quòd tempus tuum esset tempus amorum) expandens alam vestis meæ super te, operui nuditatē tuam: cumq; iurans tibi, convenissem tecū in fędus (dictū seu verbū Domini Iehouæ) nupsisti mihi, vel fuisti mihi, vt hebraicè sonat. Hic secundus transitus domini, vt illā eorū visitationē in AEgypto, & salutē e mari rubro, & legis fædus, & quasi nuptias in mōte Sina, & legis purificationes in eremo per quadraginta annos typicè refert: sic, quia hoc ipsum tempus amoris dicit propheta, tēpora nostra, tempus ecclesiæ Christi, veritatem ipsam, salutem nostram e manu satanæ, fædus novum Evangelij Iesu Christi, fidei purificationem

1. Ioh. 4. 9. verè nobis exprimere potest. Per hoc patefacta est charitas in nos, quòd

Sic vertit hunc locum Tremelius.



quòd filium illum suum vnigenitum misit Deus in mundum, vt vivamus per eũ: &, Sic Deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum Ioh.3.
daret, vt quisquis in eum crederet, nõ periret, sed haberet vitam ęternam, inquit Iohannes. Hoc tempus amoris, hæc expansio alarum ve- Gen.3.17.
stis Domini: non impositio pelliũ, vt Adamo: hoc indumentum Iesu Christi. Quare conditio hęc & beneficia, vt olim Iudæorum, sic multò magis hodie nostra sunt. Hinc lotio aquæ illorum, & baptismi nostri lauacrũ, & olei vnctio, nõ Aaronis, sed Sãcti spiritus. Hinc vestitus versicolor, ex õni genere virtutũ cõfect'. Induimini, inquit Apostolus, Colos.3.
vt electi Dei, visceribus misericordiæ (quos supra etiam mortuos in peccatis, vt etiam hic propheta, & damnatos, & æris sempiterni ac insolubilis chirographo alligatos pronuntiauerat) benignitate, modestia, mansuetudine, lenitate, tolerantes alij alios, & cõdonãtes vobis mutuò, si quis aduersus aliquem querelã habuerit; sicut Christus condonaverit vobis, ita & vos. Hic ornatus varius, verè Christianus. Calceati enim Christiani non beluinis pellibus, sed euangelio pacis, cõtra omnes hujus vitæ spinas & angustias: nõ xylino illo vel bysso, sed veritatis verbo cincti: cooperti non serico, sed Iesu Christo: armillis & torquenõ aureis, sed legis Domini collo circũdati, manib' veluti gladio, Dei verbo armati, monili illo judicij ac discretionis omniũ rerum (spiritualis.n. homo õnia dijudicat) narib' ornati, zelo audiẽdi aurib' præditi, & capitibus diademate verè regio & sacerdotali coronati. Ista beneficia Dei in populũ suũ: ista ornamẽta in spõsã suã: iste synagogæ vmbratilis decor: iste ecclesię Christi verus et genuinus splendor.

Sed scelera, & peccata vtriusq; sequuntur. Pari enim passu vtræq; ambulant, & gratia, & ingratitudine, & dignitate, & scelere, & beneficijs, & maleficijs. Ac primum scelus, Oblivio, & præsumptio: cum esset mulier ista fama celebris, pulchritudine cælesti, nõ suâ exornata, & iam perfecta, propterea quòd maiestatem meam imposuissem tibi inquit Dominus. Et quid hoc? Verbum domini Iehouæ: quod verbũ etiam, vt supra versu 8. fœdus nuptiale nucupatum fuerat, sic hic iterum maiestas Dei dicitur. Hoc ergo verbo Domini, hoc ornatu, hac pulchritudine donata, ditata, oblita datoris, vt suam vendicabat, in illa sperabat, oblita fœderis nuptialis (quo vni Deo tenebatur) cum omni viatore fornicatur. Et quomodo hoc? inquiet aliquis. Hoc planè modo: cum omnia a deo sint profecta, & ad eum referẽda, cum ejus voci in omnibus sit auscultandum, in eo solo sperandum: mulier ista, inquit propheta, speravit in pulchritudine sua, gloriatur

in operibus suis:& quia jam nomine celebris,fornicatur:deserit,obliviscitur sponsum,benefactorem,patronum suum. Ejus verbum, ejus mãdata negligit;cuilibet viatori se prostituit, ejus voci obtemperat, ejus mandata exequitur,ejus ductum sequitur,ejus doctrinã amplectitur. Viatores,homines sunt.Sic fornicatos Judęos docet Iesus Christus,docentes doctrinas hominum,& illas sequentes,& plantationes cælestes negligentes,irrigantes suas.Ista fornicatio, istud scelus maximum:illud Iudaicum, istud papisticum. Sed persequitur propheta scelera ista,& latiùs paulo explicat,& ob oculos nostros proponit, & ad hæc nostra excelsa paulò propiùs accedit : Et sumens vestimenta mea,parasti tibi excelsa multicoloria,maculis latis respersa, magnifica,ornata,splendida & intus & extra,vt scortateris cum illis. Talia sine dubio monasteria nostra,reuera alta,magnifica,ornata intus & extra. Nunquam talia erunt succedentia , nunquam iterum existentia. Nam de excelsis eorum intelligi hoc non potest, quæ sæpius diruta, & iterũ exædificata sunt.At hæc illa sunt reuera,quæ nũquã reædificabũtur,vt est Hebraicè *lo Baoth lo yieh*.Hoc primum fornicationis caput: hæc excelsorum descriptio.

Secundũ caput(quod non minus aptè & verè in hos nostros quadrat)sequitur:Et accipiens instrumẽta,vasa pulchritudinis tuæ, vasa pulcherrima,crateres aureos,gemmatos,ex auro & argẽto meo,quod ego dederam tibi(notemus,vt semper hoc donum suum,& hæc bona sua inculcet Dominus)& fecisti tibi imagines,similitudines:*zakar masculi*,vel memoriales.*Zakar* enim recordari significat,& etiam masculum & memoriam,quòd præ fęminis,mea sententia,sunt masculi omnes magis firma memoria in radicalibus. Et memoriale hoc & masculus omnino cõsentiunt:(puncta vero multa mutare possunt)vt scortareris cum illis.Sic aurum domini impenderunt idololatrę Iudæi,sic etiam maiores nostri imagines masculorũ,vel memorialium(nam idola memorialia eorum hoc nomine mea sententia perstringuntur) & etiam in calices, & crateres, & candelabra,& thuribula deaurata, aurum suum profuderũt. Et etiam quia bona mea, quæ ego dederam tibi,vestes versicolores,cibos,similam, vnguenta,suffimenta,odores, mel sumpsisti,et ijs idolis tuis & imaginibus apposuisti,& obtulisti in odorem suavitatis,dicit Dominus exercituum.Hoc secundum caput fornicationis hujus.

Imagines istæ,calices,crateres,vasa ex auro Domini,omnia deaurata:oblationes istæ bonorum Domini,in odorẽ suavitatis,idolis his

in-

insensibilibus, qui nares habent, & non olfaciunt, vt testatur Psalm. contra mandatum, & præter verbum Dei adhibebantur. Hic planè excelsa sunt Iudæorũ, Religio, deorum cultus, oblationes, opera. Hic planè monasteria etiã nostra. Eadem enim obsequia, piacula, instituta Deo suo obtulerunt. Filios item tuos, & filias, quas genuisti mihi, obtulisti illis ad comedendum. An parvum, hæc fornicatio tua? Sic filios suos obtulerunt, vt ad veteres illos idololatras proximè accederent, vt iuxta placitum suum facerent cum illis (hoc enim comedere significat) noui, & recẽtes idololatræ nostri; liberos & filios monasterijs sponte sua concesserunt, & e jure suo quasi demiserunt, vt illorum regulæ & ordini se submitterent. Et in ijs omnibus idololatrijs & fornicationibus tuis non recordata es dierum pueritiæ tuæ, cum esses nudissima, & retectissima, & cõculcata in sanguine tuo. Sic nec isti infirmitatum suarum, originalis, & quotidianæ pollutionis, sentẽtiæ mortis, in qua nati sunt, salutis, gratiæ Iesu Christi, cujus misericordiâ liberati sunt, meminerunt; sed veluti prædivites, fortes, fælices, omnia gerunt, omnia peragunt, vt se justificent, & alios; vt æternitatis coronam sibi ipsis & alijs cõmereantur missis, meritis, & satisfactionibus. Noui itaq; & pseudochristi, falsæ salutis assertores, seductores populi extiterunt. Et erit tibi post omnes iniquitates tuas, væ, væ, inquit dominus Deus exercituum. Hæc pæna; hoc præmium tuũ; hæc merces etiam tua. Et ædificasti tibi excelsum, & sublime ædificium extruxisti tibi, in omni ferè plateâ, in omni capite viæ extruxisti excelsum tuum, & abominãdam reddens pulchritudinem tuam, omni viatori jam pedes tuos devaricans, & multiplicasti fornicationes. Tandem inter Iudæos sic excreverant sublimia, excelsa, alta ædificia ista, vt in omni vrbis plateâ, in omni ferè capite viæ, tale ædificium his idololatrijs statueretur. Et annõ planè idẽ inter nos? In omni ferè civitatis plateâ, in omni viâ, vel heremitarum sacella, vel claustra monialiũ, vel fraterculorum cænobia conspiciebantur. Annõ ista excelsorum statum, & conditionẽ, & numerũ, & peccatũ, & magnificẽtiã planè delineãt? Talia erant Iudaica, talia etiã papistica. Et planè, sicut eadem beneficia divina, vel Iudaicis his maiora, omnes gustauimus, sic sanè (nisi impudenter contra veritatẽ cæci esse volumus) eadẽ ipsa, superioris temporis scelera, peccata, trãsgressiones & prævaricationes confiteamur oportet apud nos regnasse, & in finibus nostris exultasse. Pæna etiã sequens rẽ manifestam faciet. Nã congregabit dominus, inquit propheta, AEgyptios, Assyrios, Babylonios, amatores

meretricis huius,quorũ vias sequuta est,& quibus se totã præbuit,adversus illã,& ædificia hæc illius,magnifica,& ornata spoliabũt,prædabũtur,gẽmas,monilia,calices,diripiẽt, & illã planè nudã ac derelictã relinquent,& cõculcabũt. Idem planè suppliciũ meretricis huius nostræ Babylonicę futurũ est.Reges omnes terrę,quos illa rebus,quibus iã diù spoliavit amatores suos,quos ebrios fecit iã diù vino fornicationũ suarũ,excitabit è sõno Dominus,& retribuẽt ei retributionem,& eam bonis omnibus denudabunt , vasa diripient, carnes comedent, monasteria excelsa illa dejicient.Sic & beneficijs,& peccatis,& supplicijs hæ duæ meretrices pares extiterunt, adeò vt non minùs verũ sit tritum illud sermone proverbiũ,Sicut & mater,ita & filia.Filia matris.i.synagogæ Iudaicæ,Roma,quæ virũ suũ,ac liberos repulit,& sororũ etiã planè germana soror,Sodomæ scilicet,&Samariæ.Nõ in vijs& abominationibus earũ ambulavit,(quasi hoc parũ admodũ) sed illas longè superavit.Ista enim peccata Sodomæ,Superbia,saturitas panis, otiũ,& immisericordia:ista non peccata sunt,sed encomia meretricis huius nostræ.In jis gloriantur, in jis adhuc insolescunt & triumphant, qui tãquam sues,in fędissimo luto volutarunt.Sed si ista peccata,quid idololatriam nefandam, quid libidinẽ,quid hypocrisin , quid inscitiã legis Domini,& devorationẽ terrarum,possessionum,viduarum pauperum,orphanorum,deniq;õniũ quorũcũq;sine discrimine necesse est cõmemorare?Ista apud eos vulgaria,crebra,celebria,vsitata, & quotidiana.Sed cujus erant excelsa ista? in cujus honorẽ dicata? in cujus cultum excitata?Nam hoc,inquit aliquis,rẽ totã mutare potest.Certè in honorẽ Dei,ad ejus cultum,ad ejus dignitatẽ referebantur. Quorsum ergò diruta?Quorsum peccata?Quorsum offendicula?Quid potest in honorẽ Dei statutum & erectum displicere Domino?Imò prorsus,si præter verbum ejus,& contra mandatum ejus ordinetur.Vult ille coli secundum verbum suum,non secundum voluntatem & placita nostra,ejus excellentiæ debem° inseruire.Hinc cum in lege omnia sacrificia deferenda in vnũ illũ locũ,quẽ ille assignaverit,apertè mãdãrit,& illi alia loca religiosè ædificarẽt,licet magno zelo,sumptu,labore excelsa ista,eius in honorẽ erexerũt,impiè peccãrũttamẽ,& divinã majestatẽ gravissimè lęserunt.Nec minùs peccãrunt nostrates contra verbũ & mãdatũ ejus,monasteria ista construentes,& certa loca tam sancto cultui & orationi constituentes;quùm inquit Apostolus,Mutatã lege,& mutatur sacerdotiũ:omnia mutata etiã sunt:& etiã de tribu Iuda,de sacerdotio eius,(quale est nostrum) Moses nihil omninò loquutus

Hinc dominus. 20.c. Ezec.ve.29. Quid sunt excelsa ista quæ petitis? Quasi sibi ignota, non à se mandata: & vers. 40. In monte sancto meo, colet me omnis Israel,& ibi ego requiram sacrificia vestra, & non in excelsis vestris.

loquutus est. Quare Aaronicum illud, & hoc nostrũ, hoc Iesu christi, di versũ planè est, q iã nõ est certorũ hominũ, sed õniũ: de quo in scriptis suis Moses reliquit nihil. Ergo inter se illa duo nil habẽt commune, sed ferè õnia diversa, & contraria: adeò vt, cũ illi ad certa loca & tẽpora astringerentur, nobis planè cõtrariũ iniungitur. Hinc ait Apostolus, Volo vt precentur, & sacrificiũ pingue, & holocaustum precationis illud omni loco omnes iã offerant Domino. Et Servator, Tẽpus veniet, cũ nec in Ierusalẽ, nec in monte isto, sed vbivis gentiũ veri adoratores in spiritu & veritate patrem adorabunt. Et Malachias, ab ortu solis in occasum, nomẽ meum magnum inter gẽtes: & in õni loco incẽsum offeretur nomini meo, & oblatio munda, Eucharistica laudis & gratiarum actionis: nã nomen meum magnum est inter gentes, inquit Dominus Deus exercituum. Hinc ergò magnitudo sacrificij, ex nominis magnitudine, quòd ab õnib' quotidiè benedicetur, innotescit & celebratur. Hic ergò nos habemus clarissimè pręceptũ de sacrificijs nostris omni loco exhibendis ab õnibus hominibus, ęquè ac illi, de vno illo loco, & certis hominibus, & tẽporibus, & statutis. Quare, ęqualia sunt peccata ista in verbũ Domini, & monasteria nostra, & excelsa illorũ. Sed remanet adhuc, inquit aliquis, caput causę, & negotii huius cardo. Quomodo probas in honorẽ Dei erecta fuisse excelsa illa? Primò, ipsa eorum prima fũdatio hoc evincet. Ieroboamus, qui primus ista instituerat, nactus iã regnum, ad gubernacula accedens, sic cogitavit in corde suo, Nũc revertetur regnũ ad domũ Davidis. Si ascẽderit populus iste quotannis, & sacrificia sua peregerit in domo Dei Ierosolymis, tum certè progressu temporis revertetur cor populi huius ad Roboamum dominum suum, & interficiet me, & reuertetur ad Roboamum regem Iudæ. Quare, rex consilium cæpit, & duos vitulos fecit aureos, & dixit ad populum, Laboriosum admodùm est vobis ascendere Ierosolyma: Ecce, Israel, dii tui, illi ipsi, qui te eduxerant de terra AEgypti. Et tum fecit Domos excelsorum, & ex fæce populi constituit sacerdotes. Non mutavit Deum suum Ieroboam, sed locum: non religionem veretur, (in illa firmus permansit, Deum illum, qui eduxerat populũ de AEgypto, esse verum Deum, fatetur) sed de regno cadere verebatur. Hoc consilium eius nos planè docẽt hæc verba ad populum, Multum est vobis Ierusalem ascendere, domi Dominum vestrum colere potestis, & hic cultus vester non ad alium Deum, quã in eum, qui vos ex AEgypto deduxerit, dirigitur. Hinc vitulos suos, Dei nomine, & etiam hac peculiari proprietate adhibitã, qui illos eduxerat de terrã

Heb. 7. 14.

Iohn. 4.

Ægypti, nominavit. Quis tam ſtupidus eſt, vt exiſtimaret Iſraëlitas illos cogitaſſe, vel credidiſſe, vitulos illos eſſe eãdẽ cum Deo eſſẽtiã, & nõ potiùs eũ repræſẽtaſſe? Quis illum tam impium iam nuper & de repentè regem factum crederet, vt qui anteà vnum deũ crediďiſſet, iã duos deos ſtatueret; et nõ potiùs vnius dei duos typos, & imagines, & monumenta; dum vitulorum alterum in Dan erigeret, alterum in Bethel collocaret? Cauſam etiam manifeſtam facit viri Dei ſequens reprehenſio altaris huius. Non reprehendit ſacrificia, non religionẽ; ſed altare, idq; ex ore Domini, quem illi iam non reiecerant (nã tunc inepta prorſus fuiſſet eius legatio, vana comminatio, ſi illi omninò fidem veri Dei abiecisſent,) ſed eum, quem in illo ipſo altari piè, & religioſè (vti credebant) honorabãt, & colebãt, gravitèr offẽderãt. Rabſacis etiã calũnia idem planè cõfirmat, qui corã populo Deũ convitijs inſectatus: Dicite, inquit, ad Ezechiã veſtrũ, Sic ait rex magnus Aſſyriorum, Quæ eſt fiducia iſta, quà confidis? Dicis verba labiorum: id eſt, In prædicatione legis Dei: (ſic enim impius ille, vt nunc etiã hoſtes calumniantur verbi & legis Domini prædicationem) Et illã ſolam primo loco habuit Ezechias, illam extulit, in illa hoſtes fudit, & ſuperavit. Imò, inquit infidelis iſte, cõcionatores tui hic nil valebunt. Conſilium & fortitudo ad bellum. Et nunc ſuper quem ſperas, quòd rebellaris contra me? Si dixeris te fiduciã habere in ſcipione arundinis huius quaſſatæ, in Ægypto: ſi illi innitaris, perforabit manum tuam, fallet te, cum exitio, & interitu. Quòd ſi dixeris ad me, In Domino Deo noſtro fiduciam habemus: annon is eſt, cuius abſtulit Ezechias excelſa, & altaria; edicens Iehudæ & Ieruſalem, Coram altare hoc in Ieruſalem adorabitis, & non coram vllo alio? videte hic planè ſermonem vulgi, & edictum, & doctrinam Ezechiæ. Vulgus querebatur altaria Dei everſa, templa eius excelſa diruta: & ex eius ſermone iſta Rabſaces (vt eſt probabile) acceperat, ipſe Syrus & alienigena. Ezechias verò ex lege verè docuit, altaria illa, licet Domini, iuſtè diruta; quia contra legem erãt erecta; quia Ieruſalẽ locus ille vnicus, quem Dominus ad cultũ ſuũ præfinivit, ad cuius ſolius altare populus accederet. Iſta antitheſis veritatis & vanitatis; Ezechiæ eccleſiæ deformitatẽ renovãtis, & Rabſacis in Deũ cõvitia jaciẽtis, pulchrè rẽ ipſã cõfirmat. Quare in honorẽ Dei, licet cõtra legẽ ejus, & excelſa illa, & imagines, & Baalim, & vituli cõſtituebãtur. Hinc Dominus ſculptilia eorũ redarguẽs per Eſaiã, tẽpore Ezechiæ huius, Cui, inquit, me aſſimulabitis? Niſi Deũ per ſculptilia illa adoraſſent, citò reſpõdiſſet populus, Nos idola

Debar ſhephatajim.



idola ista,& imagines istas non ad Deũ,sed ad alios vsus fabricam? vel si nullus talis conatus vel studiũ fuisset,inanis fuisset illa doctrina, & redargutio ista prophetæ,& rẽ nunquã factam,ne semel cogitatã, minimè reprehendisset,quod impium est de Sancto spiritu vel cogitare. Paulus itaq;,Mutarunt gloriam incorruptibilis Dei, in similitudinem mortalis hominis.Et David de vitulis eorum,Mutarunt gloriam suam,id est Deum suum, in similitudinem vituli comedentis fęnũ. Et Dominus ipse 2.Hoseæ,Nõ vocabitis me amplius Baalim,sed *Ishi*,id est,virum meum, patrem,sponsum. Ergò certo certius excelsa illa in honorem Dei exædificata, & omnia Iudæorum idola, Baalim, Acts.7.43. Rempham,[illegible] eius,per quos illum se adorare crediderunt.

Ista omnia approbãte Domino,(licet populo,vt nunc,queritãte & murmurante) sustulit,evertit,& demolitus est rex iste. Et annon Ezechias & Iosias nostrates,Hẽricus octavus,& Edovardus eius filius,eadem apud nos effecerunt? Quid est ergò,quòd querantur aliqui authoritatem regiam in sacerdotes,iuramenti exactionem a populo, vasorum idololatricorum direptionem, Monachorũ e suis sellis expulsionem,Monasteriorum tam sublimium eversionem, lupanariorum (quę illi adhuc probant)abolitionem? Annon eadem fecerunt Iosias & Ezechias? Et ista omnia erant magis antiqua,aurea,magnifica,regalia,religiosa,quàm nostratia. Adeò vt nunc vetus,& vera illa prophetia Davidica impleatur,& effectũ suum sortiatur; O filia Babylonis,& eius quasi simia(quæ,quod illa in corpore servorũ Dei operata fuerat,tu geris in animabus)*bat shedudah*,quæ spoliaberis! Beatus est futurus,qui retribuet tibi retributionẽ tuã,quã retribuisti nobis. Beatus qui tenebit,& allidet parvulos tuos ad petrã. Prædatores Babylonis beati,eius spoliatores cõmẽdati,& q̃ eã diruerũt,fœlices prędicantur. Psal.137.

Sedente autem eo super montem Oliveti, accesserunt ad eum discipuli secretò,dicentes,Dic nobis quandò hæc erunt,& quod signum adventus tui,& consummationis sæculi. Iesus petit montem Olivarum,non curat hominum frequentiam:non ad diversoria,& tabernas,sed ad Bethaniam,domum obedientiæ, & religionis deflectit,vt in eadem commoretur:non pernoctat in civitate. Omnia ferè civitatis illius(vt cõiicere licet)loca,tecta,ædes,domicilia peste & morbo corrupta erant et depravata. Nõ legimus Iesum ibidem apud quempiam commoratũ esse,nisi ad comedendum Pascha cum illo innominato,[illegible](vt loquuntur dialectici:)Davidicum illud nos docẽs,Non debere nos societatem cum improbis inire & cõtrahere;imò cætus eorũ & cõgressus

 odisse

odisse: lavare manus in innocentiâ, & sic ad altare Domini accedere. Mons verò iste olivarũ opportunus locus erat precationi, meditationi, & quasi respirationi ex procellis illis, & veluti turbinibus, quibus petebatur vndiq; Iesus, cũ inter illos esset, ab illis præfractis Pharisęis, & incredulis Scribis, & legis doctoribus. Sic Sãctus spiritus sẽper agit suos in eremũ. Plãtatur iustus secus rivulos aquarũ. Lot habitat Sodomã, tectã, vallatã, & muris circũseptã. Abrahã perspicuũ Mamresuum, quercũ frõdosã, solitudinẽ sanctã, tabernaculũ tutũ, Angelorũ domiciliũ, diversoriũ & receptaculum elegit. Sic Moses, cum in interiora deserti oves abduxisset, vidit rubũ ardentẽ, audivit Dominum loquentẽ, verbum illud Domini terram sanctificans, auribus accepit. Sic Esaias quadraginta dierum iam iter in desertum egressus, Dominum pręsentem, colloquentem, docentẽ, cõsolãtem habuit. Sancti ergò Dei servi omnes, vt olim, sic nunc, locos sanctis studijs & meditationibus accõmodatos & opportunos quærant oportet, vbi meditari legẽ Domini, & sanctas preces effundere possunt. Mõtem verò istum olivarum sacræ scripturæ nobis referre possunt, in quibus iam etiã Iesus præsens est, vbi veræ illæ olivæ gratię, & misericordię crescunt, vbi fructus pullulant, & a fidelibus Iesu discipulis decerpuntur. Istos montes olivarum & petamus oportet, & frequentemus. Hi mõtes illi sancti, in quibus illa fundatur civitas sancta Sionis, quam iam diligit Dominus; cujus portas, valvas & limina pluris facit, quã domus, palatia, arces, domicilia Iudææ, aut Ierosolymę. Mõtes isti propriè *Harim* heb. appellantur, quòd pariant, non monstri aliquid, (vt fabula) sed filios Iesu, filiõs ecclesiæ, hæredes cælorum, qui ævo fruantur sempiterno. Hoc ergò loco, tam opportuno, tã cõmodo, interrogant magistrũ discipuli, quandò ista futura sunt, tam admiranda, tã luctuosa, tam acerba; & ꝙ tandẽ erit signũ adventus ejus. Vbi coniungunt excidiũ Ierosolymitanũ, & mũdi exitiũ; ruinã vrbis illius, & orbis: quæ vtraq; simul futura esse, illi opinati sunt. Tum, nõ tempus horũ definitũ, sed signum postulãt. Quorũ postulationi benignissim' salvator noster abundè satisfacit, & vnã tãtũ responsionẽ bipartitæ eorũ quęstioni paucis adhibet, & signa plurima, & hujus cladis, & illius cõsũmationis in mediũ producit. Permixtim. n. Ies' nũc de vno, nũc de altero loquitur, potissimũ tamẽ, & in primis de tẽpore novissimo, cujus notitia erat magis necessaria.

Et respondens, dixit illis Iesus, Cavete ne quis vos seducat: multi venient in nomine meo, dicẽtes, Ego sum Christus, & fallent, & decipiẽt multos. Opus est vobis sapientiã. Propositis bonis malisq; (vt rectę inquit quidam) tum

tum demũ opus suum peragit sapiẽtia:bonũ appetit ad vtilitatẽ, malum rejicit ad salutẽ.Ergò,sicut bona innumerabilia homini data sunt quibus frui posset;sic mala, quæ cum sint nocitura,debet effugere & declinare.Si malum nullum esset,si nihil quod læderet, positis tãtum bonis,omnis materia sapiẽtię tolleretur, omnis palma prudẽtię marcesceret.Quid tum opus intellectu,rationę,aut sapientiâ?Non,veluti infãtibus,cœnam nobis apposuit cęlestis pater sine ossibus. Vult nos iã adultos esse,non ampliùs pupillos: iam viros,non ampliùs sub pædagogo,cũ Iudęis,puerulos . Hæresea oportet esse(inquit Apost.)vt electi fiãt manifesti.Sic 13 Deut.Moses docuit populum:Deus vos per pseudoprophetã ædẽtẽ signa, & miracula probat,& tentat,an illi soli adhęrebitis,an eiꝰ voci obtẽperabitis,an fidẽ illi adhibebitis.Si vel alius quisq̃,vel angelus,vel annosus & senex,vel Apost.chorus,vel ipsamet ecclesia,vel miraculorũ & prodigiorũ artifex aliquis, quicq̃ huic doctrinę cõtrariũ vos docuerit,imò pręter evãgeliũ aliquid; nihil esse oportet,qvos a verbo Domini vel tãtillum distrãhere debet,inquit Apost Ista omnia tela,ad infirmãdã fidẽ vestrã,in mediũ profert adversarius.Sit ergo οἰκεῖα fides, sit scuni,redarguat,discutiat hæc õnia. Milites debetis esse,nó mulieres;armati ad omnia,nó molles;in palęstrâ, nó in orchęstra cõsistẽtes.Nil nos a verbo Dei dimovere debeat: non Paulus,nó Petrꝰ,nóApo. õnes;multò minùs nomẽ ecclesię,vel ecclesia ipsa,vel miracula,vel angeli,vel quodcũq; satan ille proferre potest. Hinc ecclesia,imò aditus ille tẽpli interior, sanctum sanctorum,heb. *Debir*,verbum dicitur,quasi *Dauar*,verbum,sit substantia eius,& materia,ex qua cõsistat; sine quo planè nihil esset. Verba enim hebraica cum rebus maximam habent affinitatem . Hinc illa lingua, lingua sancta,& mater linguarũ non sine causâ appellatur.Hinc satanã Iesus dux noster captivũ duxit,non sustulit:& veteres illos Philistęos Dominus domuit,nó ademit, ad exercitiũ populi sui, vt filij eorũ cõsuetudinẽ discerent bellorũ,ad experimẽtũ,& probationẽ,vt sciret , an tenerẽt fœdera eius,an dexteras hosti darent,an cũ illis affinitatẽ cõtraherẽt,matrimonij iure cõiũgerẽtur,& vias illorũ descerẽt,an relictâ Dei lege,sese ad idololatriam,& commentitias religiones applicarent.

Sic suos hoc loco Iesus inprimis monet, & monendo quasi munit contra hæreses istas.Sunt in ecclesiâ futuræ hæreses,sunt futuri seductores·cavete vobis ergò.Et hic videtur mihi præcipuè non præcursores illos,qui negârunt Iesu Christi vel ortum, vel regnum , vel essentiam;sed ipsum Antichristum, & eius regnum nobis delineare,

 qui

qui sibi nomen,& officium Christi vendicabit. Et hic mihi videtur verbum vnumquodque vulnus illi giganti infligere, vnaquæque vox notam quandam eius nobis exprimere. Multi, inquit, venient. Gloriatur ille in multitudine. Hoc solum & vnicum eius et præcipuum argumentum,& quasi munimentum ad firmandum regnum suum, quòd multos habeat discipulos, multos professores, multos Monachos, multos fraterculos mendicãtes. Sed hinc indè discite hoc telum eius scuto fidei depellere. Hæretici illi, quos nos iubet Iesus cauere, erunt multi,& seducent,& decipient multos,& ideò non tutum multitudini credere. Nota illa hæreseos, non pietatis, quã præcauere iubet Ie-
2 Peter.2.1. sus, non sequi. Sic etiam Petrus; Erunt inter vos seductores, vt in lege pseudoprophetæ, & multi sequentur perditionem eorum: [illegible]. Et, [illegible] subintroducẽt. Et ille etiã de filio illo perditionis eo loco, meâ sententiâ, loquitur: Nefarius ille (de quo etiã Paulus) cũ venerit, multos habebit discipulos, multos sectatores, Sic idem narrat nobis D. Petrus: (nam de eodem vterque loquitur,) & etiam hoc amplius addit Petrus (subintroducet) clam, occultè, sensim, pedetentim, quasi aliud agens, (illud enim sonat,& nobis significat verbum græcum [illegible]) hæreses [illegible], perditionis suę. Nõ statim se prodet: nõ metã, ad quã collimat, in initio manifestabit. Sic primatũ suũ in principio sub vnitatis velo, idola memorialiũ titulo, purgatoriũ humanitatis zelo, & similia simili fuco introduxit. Nullũ tũc osculũ pedũ eius, nulla adoratio sculptiliũ, nullę indulgentiæ Papales vel scriptæ, vel consignatæ, vel semel auditæ in primis ecclesiæ tẽporibus fuerunt. Secũdò, perdet iste hæresi, non armis; doctrinâ, non ferro; vt papistæ de Antichristo suo fabulãtur. Tertiò, horũ hęreseωn hæc duo prima capita erunt, quòd sint [illegible], negabunt Dominum Iesum, illum magnũ patrem familiâs,& caput vnicum ecclesiæ, & jam solum præpositum domus Dei. Illud enim [illegible] significat propriè patrem scilicet familiâs. Sic etiã eadẽ planè voce [illegible] patres familiarũ omnes appellat Petrus ipse, prioris Epist. suæ cap. 2. [illegible]. Et Paulus 1. Timot. 6. 1. patremfamiliâs [illegible] vocat: Domestici omnes subjiciantur in omni timore patribus familiarum, dominis suis. Ergò, vt domesticos omnes membra familiarum: sic [illegible] hunc, solum Dominum, caput, familiæ huius administratorem constituunt & Petrus & Paulus. Hanc authoritatem, hanc administrationem in familiâ ecclesiæ, Domino Iesu, hæretici isti, ipsius Petri testimonio, negabunt.

gabunt. Tātum abeſt, vt Petrus ipſe vllum Papatum hîc in terris, vel imperium exoptârit, vt nec de Papatu, nec de imperio vel cogitavit, vel ſomniavit; ſed potiùs ſuo ore, eius aſſertores & delineavit, & hæreſeôs damnavit. Petro etiam Apoſtolus Iudas conſentiens, & eoſdem hæreticos, & eaſdem omnino hæreſes per Sanctū Spiritū prævidens, denuntiat, ac damnat. Chariſſimi, inquit, omnem ſollicitudinē faciens ſcribendi de communi veſtrâ ſalute, neceſſarium omninò exiſtimaui ſcribere ad vos, exhortās ſupercertare, ἐπαγωνίζεσθαι, pro fide illâ ſemel ſanctis traditâ. Animadvertamus hîc primò, Apoſtolum Iudam ſalutem noſtram communem facere, noſtram & Apoſtolorum gloriam parem commemorare, nullos ſalutis gradus, nullum diſcrimen inter fideles & filios Dei ponere; ſed affirmare omnes eiuſdem coram Deo eſſe dignitatis, & gloriæ, qui ad æternam gloriam promoventur. Tum neceſſarium omninò duxit ſcribere Chriſtianis omnibus. Prævideràt per Sanctum Spiritum aſtutiam & fraudem Satanæ, qui violare fidem hanc, & vacillantē enitebatur reddere, dum ejus firmitatem fraude & dolo, ferro & igne enervare conaretur. Ergò neceſſarium omninò exiſtimavit Apoſtolus iſte ſcribere ſuis, vt in doctrinâ Ieſu Chriſti confirmarentur, vt certamen illud bonum fidei complerent, vt nullis Satanæ telis, vel illecebris, vel aculeis, ab illâ fidei ſuæ conſtantiâ dimoverentur; & fidem eam, pro qua decertare debemus, & pro cuius certamine etiam mori, ita nobis depingit: Quæ ſemel in initio per Apoſtolos tradita eſt Sanctis. Illa antiqua, Apoſtolica, Evangelica fides, vera, germana, ſincera eſt: iſta Italica, cómentitia, Romana, ſubſequens fides, tam multis Pontificum, conciliorum, canonum decretis, adinventionibus conſarcinata; falſa eſt, fucata eſt, Antichriſtiana eſt. Adeò vt hîc illud, quod Salvator dixit ad ſuperſtitioſos illos Iudæos, omnibus illarum ſuperſtitionum acerrimis patronis ac defenſoribus verè ac aptè objicere poſſumus, (quod etiam hîc nos D. Iudas docuit) Ab initio non fuit ſic: fides illa veſtra non eſt illa, quæ ſemel ore ipſo benigniſsimi Saluatoris noſtri Domini Ieſu anūtiata eſt fidelibus, & Apoſtolorum manibus tradita fuit ſanctis. Novitia. n. eſt, nuper nata; non illa catholica, nō Chriſtiana. Secundò, depravatores, & corruptores fidei huius, eodem modo depingit, quo beatus Petrus: Subintroierunt, παρεισέδυσαν, clā, fraudulenter, occultè, homines quidā, qui olim etiam præſcripti ſunt in hoc judicium; impij, Dei noſtri gratiam transferentes in laſciviam, & illum ſolum patremfamiliâs, Deum ac Dominum noſtrum

Iesum Christum abnegantes. Quid apertiùs dici potuit, vel ad ingressum horum hominum aperiendum, vel ad doctrinam declarandam? Quid ad D. Petri prophetiam congruentiùs & apertiùs explicandam? Illustrat enim ille, quæ Petrus perstrinxerat, et quædam etiam adjecit. Ac primò, omnem religionem eorũ ἀσέλγειαν, lasciviã definit; alludens sine dubio ad veterem illum Israelitarũ, & idololatrarũ cultum, quẽ vitulo suo exhibebant: Sedit populus ad manducãdũ, & bibẽdũ, & surrexit ad ludendũ. Talis sẽper idololatrarum religio, talis cultus: talis maiorum nostrorum pietas, devotio, alacritas, & hilaritas illorum temporum (quam adhuc quidam admirantur.) Transferebant gratiam Dei, quæ docet abnegare impietatẽ, & mundi hujus desideria, & studia omnia, in lasciviam, in lusus, in spectacula. Quid enim aliud illorum temporum κῶμοι, convivia? quid tripudia & saltationes? (a quibus vix jam in evãgelij luce se continebunt homines) quid spectacula, certamina, quasi Olympiades, corporis Christi theatricæ demonstrationes? Quid deambulationes, nocturnæ vigiliæ, peregrinationes, nocturnalia, seu bacchanalia potiùs quotãnis cuiusq; artis, Cervisiasiorum Clementis die, & pistorum & laniorum: molendinariorum Katherinæ, Calceariorum Cypriani, nisi lasciviæ, ἀσέλγειαι, luxuriæ, vanitates? Et nos, quòd ista recusamus, quòd detestamur, quòd damnamus, (vt etiam inquit Petrus) mirantur, calumniantur, & contemnunt. Ista religio horum: Doctrina verò sequitur. Solum illum δεσπότην Deum ac Dominum nostrum Iesum Christum abnegabunt. Illud quod omisit Petrus, hic Iudas pulchrè præstitit, & os eorũ planè obturat, & omnẽ calumniandi occasionẽ adimit. Fatentur Dominũ Iesũ, dominũ domus suæ, caput ecclesiæ, esse patremfamiliâs: at nõ solũ, nõ vnicũ. Debere eũ habere vicariũ in terris vrgẽt. At hîc D. Iudas Dominũ Iesũ solũ & vnicũ caput affirmat. Sic videtis quomodò Petrus & Iudas in primo capite hæreticos istos designãt, & eos amentiæ cõvincunt. Alterũ caput etiã a Divo Petro allatũ habemus, quod illos nõ minùs arctè pungit, & graphicè (quod aiũt) pingit: Redemptorem negabunt, ejus merita imminuent, passioni detrahent ejus, de suo aliquid addent. Et quid hoc, nisi salutem Christo minimè acceptam referre? Annon negat redemptionem, qui de suo aliquid superaddit? Si pretium satis locuples solutum, quorsum additamentum? At nos non semiredempti, sed redempti planè sumus; non ligati vulneribus, sed sanati, pristinâ sanitate, eius vibicibus, vulneribus nostris omnibus adhibitâ. Illi verò quot huic pretio addiderint peregrinationes, oblationes, indulgentias, missas, can

Tit. 2. 11. 12.

1. Pet. 4.

delas,& similia?At dũ studẽt se ita ad salutẽ reducere, eodẽque modo iustos reddere, attulerũt sibi subitã perniciẽ: quẽadmodũ olim prophetavit Petrus. Sole.n. evãgelij mundo illucescẽte, quã subitò omnes illorum nebulæ dissipatæ, tecta, & monasteria diruta, professores profligati, perditi? Et multos habebũt huius perditionis comites. Satanę via lata; sed angusta Iesu christi semita, in qua proficient vix fideles. Multos habebit discipulos Antichristus, quorum sub multitudine potẽtiã suã efferet, dũ corã imperitis, & indoctis multos represẽtet, & ostẽtaverit.

Indulgẽtias suas vendens Papa, regnũ proprium in quæstionem vocavit.

Vltima pseudoprophetarum ista existit nota: Viã veritatis calumniabuntur, & reprehendent. Sic videmus & legimus quotidiè scommata, convitia, calumnias, & opprobia in evangelium Iesu, & in eius professores, ab eisdem, qui Deo maledicunt, retorqueri: vt nihil magis existiment ad propagationem doctrinæ Papalis valere, quàm eos pravitatis, & inscitiæ arguere, qui nomen Iesu Christi verè & syncerè profitentur. Vndique enim exquirunt aliqua, quæ possunt aliquãdo euomere, & curiosè omnes perscrutantur angulos, vt si nõ vera, tamen verisimilia possint effutire, quæ ad bonorum infamiam possunt redundare: nec spiritu lenitatis, sed feritatis; nec mansuetudinis, sed invidiæ imbuũtur. Sed meminisse debent, in isto vitæ cursu se nõ cælestes incolas esse, vel Spiritus Sancti columbas, (cum maledici non Intrabunt in regnum cælorum, teste Apostolo; & Michael ipse, teste sancto Iuda, contra Satanam sententiã blasphemiæ non audebat proferre) sed noctuas satanę, & gehennę hæredes, qui in ignẽ perpetuum præcipitabuntur. Annon istæ omnes notæ cadunt in perditorẽ hunc, & in eius asseclas? Sed Iesũ iterũ audiamus. Primò erũt multi, qui ejus dignitatẽ tuẽtur, & propagabũt. Secũdò veniẽt, sine vocatione vllâ divinâ: currẽt, cũ tamẽ Dominus eos nõ miserit: prædicationis munus, ac officiũ sibi assument sine præcepto & mãdato Domini. Cùm hæc sẽper fuerit Pauli in suis epistolis adgratiã, & authoritatẽ, & benevolẽtiã cõciliãdã prima ratio, & prima causa, quòd esset ἀπόστολος, missus: & hinc inde tã obnixè hortatur presbyteros illos Ephesios, vt sibi & gregi suo prospiciãt, super quẽ posuit illos sãctus Spiritus episcopos, vigiles, speculatores, ad pascẽdũ gregẽ Domini, quẽ paraverat sãguine suo. Hinc illud pastoris nomen & officium, quod toties meminit Apost. Paulus ad Ephes. 3. cum omnem ecclesiasticam functionem a Domino ecclesiæ suçidatã recẽsuerat, & quod Iesus ipse insinuat, cũ vniversã familiã suã oviũ nomine appellaverat. Quo duce opꝰ habẽt oves, nisi solo pastore? Pastores ergò õnes ecclesiarũ, habẽt vocationẽ

suam, authoritatem, curam sibi a Domino demandatam, quò eorum officio apud populum fungantur, & munus a Deo sibi impositum exequantur. At multitudo ista veniet sine verbo Domini, sine vocatione vlla, sine mãdato; cũ Paulus dicat, Quomodò prædicabũt, nisi mittantur? Et ad Heb. Nemo sacerdotis munus, officium ecclesiasticum sibi arrogare debet, nisi legitimè vocatus fuerit, vt Aaron. Et Dominus per Ieremiam illos pseudoprophetas coarguat, dicens, Currebant, sed nõ ex me; ego illos non misi. Sit ergo hæc secunda nota ad dignoscẽdum Antichristum, & ejus milites: Venient sine verbo, sine vocatione, sine mandato. Et annon tales omnes, fraterculorum, majorum, minorum (quos solos prædicantes habuerant) ordines? Prædicatorum ordo nonne fœtus fuit planè deformis, & ignotus Apostolo? non nominatus a Domino apud patres, non æditus in lucem, & in sacris literis ne nomine cognitus, multò minùs approbatus, imò re ipsâ damnatus. Si enim non licet dicere, Ego sum Pauli, ego sum Petri, ego Cephæ, (quem tamen caput ecclesiæ iactitant) multò minùs nomen cuiusq; alterius mortalis quisquam sibi asciscere debet: nõ Dominici, non Benedicti, non Francisci. Et apud Epiphanium sic legimus: Non prædicant seipsos Apostoli, sed Iesum Christum Dominum. Quapropter non est hæresis, neque ecclesia, nomine Apostolorum prædicata. Nũquam enim audiuimus Petrinos, aut Paulinos, aut Bartholomæanos, aut Thaddæanos; sed ab initio vna fuit prædicatio õniũ Apostolorũ, non seipsos prædicantium, sed Christum Iesum Dominum. Scitè etiã in hanc sentẽtiam Ieronymus aduersus Luciferianos: Sicubi audieris eos, qui dicuntur Christiani, nõ a Domino Iesu Christo, sed a quopiã alio nuncupari; vtputà Marcionitas, Valentinianos, Montenses, siue Campates, scito nõ ecclesiam Christi, sed Antichristi esse synagogã. Quare, videtis quemadmodum sacræ literæ, & patrum doctissimorũ etiam monumenta, non tam ordines, quàm nomina ipsa etiam istorũ refutant & refellunt. In nomine meo.] Hic est Antichristus. Non Iesu Christo bellum denũtiabit: non, quod jam Iudæi, vel Mahometes fecerunt, eũ anathematizabit: sed in nomine Christi veniet; eius officiũ, authoritatem, nomen, & vices sibi assumet. Quæret Christi nomine, Christi regnum evertere: eius titulo solo auferet eius mortis, mediationis, administrationis officium, meritum, & pretium. Quare, ne nomen solũ Christi quemquam seducat, rem ipsam consideret, an Iesũ Servatorem completum, an Iesum regem omnipotentem, caput vnicum ecclesiæ, omnia gubernantem, moderantem, professus fuerit; an Iesum

Epi. lib. 1. Tom. 3. hæresi. 42.

Iesum sacerdotem æternum, vnum & sufficientem, qui cum venerit, (quod mulier illa Samaritana credidit, & dicere potuit,) docebit õnia, crediderit; qui omnia peccata, venialia, actualia, mortalia, imò totius mundi peccata sustulit sanguine suo: qui iã causã nostrã sic agit apud patrẽ, vt nullis iã alijs patronis egeamus: qui deniq; salutẽ nostrã, legẽ, & omnia impleverit perfectè: an hunc Iesũ profiteatur, vidẽdũ est. Talẽ Iesũ nostrũ sacrosancta Scriptura nobis offert, & proponit ante oculos; & nos credimus, & in ista fide mirificè exultamus. Nõ nudum nomen Iesu quenquã fallet, nõ Iesuitarũ splendidus titulus. Hæretici, pseudoprophetæ antichristiani venient in nomine eius, at nõ veniẽt cũ verbo ejus. Si dixisset, Multi venient cum verbo meo, sub evangelij nomine, & fallẽt multos: tum professores evangelij perstrinxisset. At nusquã hoc dicit Salvator; sed, Multi venient in nomine meo. Vocabunt se Iesuitas: Christum quoad nomen profitebũtur, dicentes, Nos sumus Christus; id est, Christi merita, gratia, salus apud nos sunt; eius non tàm personam, quàm officium assumentes. Hincq; non Iesũ, sed Christum se dicent. Christus enim nomen est officij. Hinc Iohannes Epist. 1. cap. 5. Omnis, qui credit quòd Iesus est ille Christus, ex Deo natus est. Et cap. 2. Quis est mendax ille, nisi qui negaverit quòd Iesus est ὁ χριστὸς Christus ille, vnctus ille Domini, rex & sacerdos, & sacrificium, & Messias vnicus, solus, & sufficiens, & æternus, sine socio, sine compare, sine successore? Hic ille est Antichristus, inquit Iohannes Et isti, sine dubio, fuerunt Monachorum, & mendicantium illorum fratrum ordines, hoc vitio inquinati, dum populo se venditarent, & in Christi nomine apud rudes & imperitos multa, & vana, & falsa loquerentur. Præter istos enim proferre potest nemo multos, qui personam, vel nomen Christi, vel officium sibi arrogàrũt. Secũdò, multitudo ista vnita est: multi numero, at vnum sunt hęresi. Talis vnitas est, quã iactitant. Diversi erant horũ ordines, at in hoc omnes consentiebant, ꝙ apud se Christũ habere prędicabant. Postremò, annon Christos se esse affirmabant, se solos vnctos Spiritu Sancto, se solos spirituales, vocitantes cæteros õnes laicos, carnales, quasi spiritus dei expertes? Annon hoc Christi nomen, hoc modo etiam, effectu, & re ipsã sibimet solis arrogàrũt? cum tamẽ fideles omnes secundũ Apost. Sanctũ Spiritũ habeant, & qui nõ habet spiritũ Christi, is non est eius. Rom. 8. Hinc Psalmus: Nolite tangere Christos, vel vnctos meos. Et ista doctrina eorum ita in multorum animis insedit, vt vix adhuc se Sanctum Spiritum habere credent: arrogans & superbum hoc assere-

re astruent. Christus Iesus Salvator noster duobus nominibus appellatur: Alio sibi proprio & peculiari, quod Iesus dicitur: Alio communi, (officij scilicet ratione) quod Messias, vel vnctus, vel Christus dicitur: & hoc illi cum regibus commune. Et hoc vult Christianos, & suos discipulos notari & appellari, quasi sancto spiritu donatos omnes, ab eo vnctos, ab illo illuminatos. Hoc Christianorum nomen præ se fert, & nos docet. Iesus verò, nomen proprium, est Seruator: & hoc illi proprium est. Hoc nemini in his terris vnquam, sine distinctione, legimus attributum: vt Iesus filius Nun, Iesus filius Syrachi. Et hîc miror quâ fronte, quâ demùm audaciâ Iesuitæ, nostrâ ætate, hoc nomen Dei filio proprium, sibi ipsis audeant assumere, quod soli DEO est attribuendum, ad quod genua omnia flectuntur, terrestium, cælestium, & infernorum; quod nemini alteri in scripturâ ἁπλῶς simpliciter, sine additamento datum legimus. Hîc videre possumus eorum vel cæcitatem, vel superbiam, qui vt officium Christi, videlicet sacrificandi, intercedendi, indulgendi, dispensandi (quemadmodum multò antè hoc in loco Iesus prophetavit de illis) sibi arrogârunt, & vsurpârunt; sic etiam nomen eius proprium assumere sibi non erubescunt; Iesuitæ vocari volunt, vt apud simplices maiorem gratiam & authoritatem acquirant. At vtinam hîc omnes discerent illud Iohannis, ad hæreticos omnes discernendos, & devitandos: Qui 2.Ioh.10. non attulerit secum τὴν διδαχὴν, doctrinam Iesu, doctrinam quam ille docuerat, & Evangelium eius, quocunque nomine vocatus, vel Iesuita; quocunque habitu indutus, vel aspero illo Iohannis; quocunque nomine clarus, vel de cælo Angelus; nolite in domum admittere, nec ei Ave dicite. Et quod habet Paulus, Si quis ali- 1.Tim.6. ud docuerit, nec acquieverit sermonibus Iesu Christi, hic hæreticus est, & æger, & inflatus, & tumidus est. Lupi rapaces in- Act.20.32. trabunt ovile Domini post discessum meum, inquit Apostolus. Ego vos committo oves meas verbo gratiæ eius, verbo Domini, illi dono, χαρίσματι præstantissimo, quod custodiet vos, quod deteget lupos illos, & depellet: etiam quod superædificare valet amplius, & dare vobis hæreditatem cum sanctificatis omnibus. Quare, qui huius verbi vocem ferre non potest, lupus est, quacunque pelle tectus incedat. Revelationes hic adducant mortuorum ad religionem suam confirmandam: at, Habent Mosen & Prophetas, inquit fidus pater ille noster Abraham, illis credere solis oportet: mortui non possunt reverti. Vtri iam credatis? An

Abrahamo

Abrahamo patri fidelium ; an illis patribus nuper natis, nuper in lucem æditis, Rhemensibus scilicet nostris? Ad legem, & ad testimonia Domini; (inquit Esaias) non ad mortuorum revelationes: qui non secundum ista docuerint, non est in eis matutina lux. Esai.8. Quare, nec multitudo horum, nec zelus sine scientiâ, cum sponte ad nos venient, se in pericula intrudentes vitæ, sine verbo : nec nomen Iesuitarum, nec reuelationes Angelorum, vel mortuorum, quemquam fallant. Prædixit nobis Iesus, & precauere ista iussit. Has omnes certas & indubitatas notas hæreticorum, & Antichristi, observemus, agnoscamus, fugiamus. Quòd verò Seruator Apostolos tantùm videatur alloqui, cum dicat, Videte ne quis vos seducat, & proindè hic eius sermo ad nos, vel ad ecclesiam sequentem minimè spectare: recordemur illius sententiæ Apostolicæ 2.ad Thessalonicenses. 4. Nos qui viuimus, rapiemur in nubibus: Quasi ipse tum cum eiusdem sæculi hominibus hoc ipsum experturus esset. Sed aliud voluit Apostolus: nempè quod & hic Saluator, Christianos omnes veluti vnum esse, vnum habere patrem, vnam patriam, vnum pretium redemptionis, vnam salutem Iesu Christi: ideoque etiam & habere communem doctrinam, et communia præcepta. Et ad Cor. 1.15. Ecce dico vobis mysterium, Nō omnes quidem obdormiemus, sed omnes mutabimur. Quæcunque scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt, inquit Apostolus ad Romanos: & ad nostram doctrinam, qui nunc vivimus. Apostolos hic suos instruens, alloquens, monens, docens magister noster vnus, Christus Iesus, eâdem (quod aiunt) operâ, veluti ludimagister aliquis, omnes alloquitur scholares suos, discipulos, auditores, futuros ad mundi vsque consummationem. Quare, vt tempora super nos venerunt vltima, vt mala præsentiscimus: sic, sine dubio, conciones, cautiones nostræ sunt; medicamina itē ad nos spectāt, vt perfectā ex iis sanitatē hauriamus.

Futurū est autem vt audiatis bella, & rumores bellorum: videte ne turbemini. Oportet enim hæc omnia fieri: sed nondū erit finis. Insurget enim gens in gentem, & regnum in regnum: & erunt fames, & pestilentia, & terræ motus singulis locis. Quæ superiùs dicta sunt, de religione Antichristiana dictà fuerunt: jam regnum eius sequitur. In quo statu res mundi tempore illo pseudoprophetarum sint futuræ, his versibus explicatur. Vt illi afflixerunt animas, sic Deus corpora eorum affliget: bellū indixerunt Iesu Christo, & eius Euangelio omnes gentes; & inter se

se etiam bellis æstuabant:famem huius in terrâ miseris animabus letiferam accenserunt:& corpora eorum fame premet Dominus. Pestis illa animarum,cæcitas,& ignorantia iterum grassabatur in mundo;& luem corporibus Deus inflixerat. Non in Domino spem suam ponebant,nec animas anchorâ illâ fidei confirmabant ,vt spem haberent immobilem in divinâ bonitate, gratiâ,& misericordiâ: & ipsam terram etiã tremere,& nutare iratus iam impijs Dominus effecerat. Annon tale regnum Antichristi?annon tale regnum papisticum? annon tale regnum Satanę?Legat historias qui velit,nostras,& exteras:& inveniet hæc omnia, illo sæculo,vbivis locorum & gentuum grassantia,regnantia,vigentia;bella scilicet,tumultus,seditiones, imperatorum,& regũ calamitates,regnorũ eversiones,fames,penuriam,& rerũ omnium caritatem inveniet,quæ non modò provincias & vrbes, sed omnia totius orbis regna graviter afflixerunt. Calamitates autem, quas nostra ætas aut sensit,aut vidit,aut experta est, ab evangelij promulgatione profectas,leves castigationes sunt, præ illis antiquis ferocientibus,& grassantibus.Et hic nos Dei benignitatem debemus agnoscere,qui nobiscum agit planè vt cum filijs, vt ejus bonitate permoti,depravatam vitæ rationem corrigamus,& in semitis divinis,iuxta Dei voluntatem,religiosè ambulemus.Neque hoc in loco prætereamus,apud veteres Israelitas talem religionem peperisse talem omninò rẽpublicã, tales pseudoprophetas,tales pestes,tales tenebras, tales tempestates. 2 Paralipomen-n cap 15.& 16.Asa pius ille rex, bonum & rectum fecit in oculis Domini,mandavit vt Deum illum patrum quærerent,& secundum legem & præcepta eum colerent,omnia perficerẽt:omnia idola,sculptilia,& lucos exciderat.Ita ad religionem instaurandam Asa incubuit,vt omnia ad diuinam legem,& dei voluntatem revocaret: cuius labores & conatus adeò grati extiterũt, vt in hoc negocio Azariam prophetam Deus ad Asam miserit;& processit in occursum Asæ,& dixit ad eum:O Asa,& vniversi Iehudæi, & Beniamitæ,me audite:Dominus vobiscum est,quousque vos cum illo,adhærentes nempè legi & mandatis eius: & si requiratis eum iuxta verbum & vocẽ ejus,inuenietur a vobis. Sin autem deseratis eum, deseret ille & vos.Hæc summa cõcionis propheticę.Toti esse debem⁹ cum Domino:illum in verbo suo quæramus.At quæ conditio superiorum temporum?inquiet aliquis.Annon patres nostri cum Domino? Minimè,inquit propheta iste.A longè Israel fuerat sine vero Deo,& sine sacerdote,qui doceret,& sine lege,in quâ erudiretur Israel. Sed

quare?

quare? Quia nulli in Iudæa doctores: nulli qui populum divinis præceptis instituerent: muti canes erant pastores: at quicunque in rebus afflictis ad Deum conversi sunt, & illum requirebant, inveniebatur ab ijs. Quid ergò, inquiet aliquis, ἄθεοι ne erant majores omnes? An omnes illos, qui præcedentibus temporibus vitam agebant, ad inferos amandabis, & morti æternæ devovebis? Minimè, inquit propheta: Sed quicunque, licet in tenebris, conversus est ad Deum, & illum invocavit cum fide & pænitentiâ, hic salvus fuit. Sic nos credimus in illâ cæcâ Papatus religione, vbi similis omninò status ecclesiæ habebatur. Sine Deo erant, sine lege, sine verbo Dei, sine sacerdote docente, sine prædicatore, idolis, & imaginibus dediti. At in istâ miserrimâ temporum conditione, si quis Deo, & divinæ religioni se totum tradiderat, eum ex inferni faucibus ereptum, & in cælestibus sedere cum Iesu Christo, & cum eodem regnare, piè credimus, & existimamus. Talis erat tunc temporis ecclesiæ conditio, similis omninò huic nostræ. Sed qualis status reipublicæ? Subiungit propheta; Nulla tum demum pax illi, qui exierat, & introierat: id est, regibus. Omnes reges tunc temporis in perpetuis bellis versabantur, nec ex ijs quisquam vel parvo temporis spatio pacificè aut quietè vitam degebat, sed omnes reges & imperatores omnibus vitæ diebus sese in castris & militiâ exercuerunt: adeò vt, ad regnandum prorsus inepti viderentur, qui minùs in armis essent exercitati. Eadem planè regum & regnorum conditio apud nos, vt Henricus sextus, & Stephanus, & Iohannes, reges nostri, documento esse possunt. Sed & magnæ afflictiones omnibus terræ incolis. Non solùm reges, sed & cives; non domini, sed subditi; non magistratus, sed privati etiam his procellis & fluctibus agitabantur; vt tam infimi, quàm supremi, eisdem angustijs includi viderentur. Nam gens a gente oppressa fuit, & civitas a civitate fuit eversa. Nam afflixit eos Dominus cæcitate illâ, quâ Pharaonem illum Ægyptiorum tyrannum perculit, & excæcavit. Annon ista & religionem, & administrationem Papisticam clarissimè demonstrant? Annon ista illos seductores cæcos, & istas illos comitantes plagas delineāt? annon jisdem ferè verbis illa in illo sæculo, (quæ hic habetur in Matthæo) gentis in gentem insurrectio nominatur? Quid planiùs dici potuit? Annon ista statum superioris temporis ad vivum (quod aiunt) depingunt? annon talem rerum, & regnorum, & regionum omnium statum

D fuisse

fuisse docent omnes pænè historiæ;quæ cõmemorãt reges bellorũ periculis ita fuisse perculsos,& calamitatibus exagitatos,vt vix aut ne vix quidẽ potuissẽt respirare.At postq̃ iurârunt in verba Domini, & cũ eo fœdus fecerunt reges,& subditi,tũ demũ Deus illis pacẽ dederat circũ circa.Idẽ nos dicere possum ,quia Evãgeliũ rectè pacis quasi parẽs dici potest.Quãta pax sequuta, post ejus prædicationem,apud õnes gentes?quã diuturna?quã opulenta? quã adeò diũ apud nos viguisse mirãtur adversarij,& lamẽtãtur hostes pacis & religionis.Scintillulas quasdã seditionũ in quibusdam locis excitatas equidem fateor: sed nullus fusus sanguis: nullæ strages hominum editæ: nulla apud nos collatis signis prælia gesta sunt,ab eius promulgatione. Sint ergò Deo, cælesti patri nostro,(cuius est hoc bonum & donum pacis erga ecclesiã suam,) laudes perennes & sempiternæ;precesq; supplices Deo adhibeamus,vt in pace ecclesiã conseruet ac tueatur.

Senibus ante mortem multa incommoda,& insoliti casus eveniunt, quasi mortis imminentis prognostica,& prænuncia: sic,sanè & mundo.

Hæc autem omnia principium sunt dolorum. Hæc omnia initia dolorum. Gravis illa afflictio mũdi sequitur procellas istas:tempora quò propiora fini,eò magis sunt periculosa. Fines rerum omnium acuti, asperi.Sic ortus hominis & interitus dolore plenus,gravis,& peracerbus,Hunc dolorẽ & tristitiã suorũ,partui mulieris Iesus cõparat,Ioannis 16.Vę,inquit angelus,habitatorib⁹ terrę,a voce triũ angelorũ postremò buccinantiũ:Apocalypseôs 8.Ecclesia hic erit(meâ sentẽtiâ) similis synagogæ illi Ierosolymitanæ,vt nomine,& forma,& vmbra; sic & fine,& termino,& plagâ,& afflictione.Et vt Iesus has eodẽ capite,& eodẽ respõso cõcludit,sic casus iidẽ, & eventus has cõsequẽtur:& quæ illi acciderint in literâ,huic evẽtura in spiritu omnia existimo.Et vt cõfusio vndiq;ab hostibus extra,intestina intùs seditio:sic sanè in ecclesia iã ferè regnare,& eâdẽ vehemẽter affligére eadẽ cernimus.Et quẽadmodũ Ierusalẽ illa,dies postremos,quos vnq̃ viderat, persẽserat acerbissimos:sic sanè ecclesiã hanc Iesu christi eius filiam, verisimile est eandẽ omninò anxietatẽ,& eosdẽ dies experturã.Tunc demũ in eã Satã,Antichrist⁹,mũdus vniversus, Gog & Magog,hostes tecti,& operti,Turca ille,& Papa,õnes copias educẽt,& õne virus evomẽt , veluti fluviũ,vt illã fluctuũ,& tẽpestatũ vi obruãt,vt habetur Ap.11.adeò vt prę succedẽtibus malis,ista nisi initia dolorũ cẽsẽda sũt.

Cætera quæ præcesserant erant generaliter omniũ malæ: quæ autem sequũtur, erunt fidelibus peculiaria.

*Tũc tradẽt vos in afflictionẽ,& interficiẽt vos,& eritis odio omnibus gentibus ꝑpter nomẽ meũ,& tunc offendẽtur multi,& alius alium prodet,& odio habebit alius aliũ.*Hic status nostri tẽporis pulchrè describitur. Quis iã n.è nobis,hominũ mores,& huius ætatis studia,penitiùs introspiciẽs, aliàs,aut meliùs impiorũ conatus descripsisset?Annõ primò ministri,

&Sacrarũ literarũ professores apud õnes gentes afflicti,interfecti,calũniis & odio affecti,cóculcantur, ob nullã aliã causã, q̃ ꝙ evangeliũ Iesu profiteantur?annõ eorum calamitates & exitia testantur eadem apud nos? annõ effusus piorũ sãguis in õnibus terrarũ orbis partibus, & odiũ erga eos plusquã capitale?nonne omnes omniũ voces,& sermones,& ipsi animarũ taciti & occulti sensus eadẽ loquuntur?Quãta demũ afflictio,vt alias omittã calamitates,ejici in exiliũ?& q̃ multos senes gravitate, & doctrinã præcellẽtes,exilio multatos Anglia nostra viderit, vos õnes in hac causa appello testes.Hoc Romani veteres õniũ pęnarũ gravissimũ statuebãt:at leve quoddã videbitur,si cum hodiernis malis cóparetur.nã Romani impii,& evãgelii hostes,in eius professores graviora machinantur,& ad mortẽ homines bonos,& religiosos quotidiè trahunt:nec nisi in eorũ sanguine ac martyrio acquiescũt.Ad istã crudelitatem& feritatem plusquã beluinã,ita offendũtur imbecilli,& impingunt,vt Iesũ christũ,angularẽ illũ lapidẽ,cogantur reprobare,ne in impiorũ manus deveniant,& tanquã oves,laniorum manibus miserè discerpantur, & dilacerentur.Itaq; nõne videtis scãdala,lapsus,ruinas multorũ tã sapientũ,q̃ prędivitũ;tam potentũ,quã infimorum?Hic lapsus maximus,& sine pænitentiã,exitialis.Sed quę tandẽ excusatio taliũ lapsuũ & scãdalorũ?quę spes misericordię?quis locus gratiæ?At tales multos labẽtes,& corruẽtes in inferni barathrũ cernimus.Deus illis animorum oculos aperiat,vt admirabile hoc lumen verbi sui cernant,& sequantur,(vt docet Apost.)& veteres illas patrũ tenebras deserant.Parũ.n.iis in die illo dicere proderit,Erravim' cũ patribus nostris.Patrũ.n.errores nõ patrocinabũtur filijs.Hinc mortuũ Iesũ narrat nobis D. Petr',vt liberaret nos,&redimeret ex vana illa cõversatione πατροπαράδοτω,a patribus nobis veluti ꝑ man' tradita

Videtis huius sæculi lapsus,& scãdala: iã facta,& actiones apud vos perpẽdite & cõsiderate. Tradẽt se mutuò, & odio seinvicẽ prosequẽtur:insidiæ,fraudes,doli,odia,simultates,querelæ,cõtentiones, rixæ, huius sæculi extiterũt studia.Et quis hęc nõ videt inter õnes vbiuis locorũ pullulãtia,apud õnes regnãtia, & invalescẽtia? ne inter gentes tales proditiones auditæ aliquãdo, vt quis patriã,& principẽ labefactaret,& traderet hostibus.At isti apud nos mores familiares,frequẽtes,& vulgares reddũtur. Iã satã vltimis hisce tẽporibus vires suas exerit,nihil intentatum relinquit.Odia verò quàm acerba?quàm communia?quàm præter naturam?Caveat vir iam ab vxore. Cautiones & chirographa apud prius sęculũ mãdata, inter virũ & vxorẽ vsitata

approbata, legitima. Vnusquisque se a proximo suo custodiat, & in fratre ne habeat fiduciam: Imò pater liberis ne credat. Amor jam est rara avis. Odium verò vbique excubat, parturit, pullos ædit. Hypocrisis, proditiones, simultates, fraudes, odia, inimicitiæ, æmulationes, hujus ætatis nostræ proles. Nulla vnquàm ætas, terra, regio, his magis, quàm nostra insula abundavit. Et cum cætera decrescant quotidiè, & imminuantur; homines, iumenta, fænum, frumenta, arbores, fruges, arbusta, senescente quidem, vt mihi videtur, jam mundo ipso, ac omnibus suis membris vnà languescentibus; ista tamen sola videntur succrescere, vigere, ac florescere. Charitatis Christianæ vinculum illud & chirographum, (quod sic mandat Iesus, & Iohannes ingeminat, & Paulus suo testimonio confirmat,) nullius roboris, virtutis, aut efficaciæ habetur. Plus chartæ creditur, quàm charitati; plus paululum ceræ conglutinat & ligat, quàm amoris Iesu magnitudo, vel charitatis faternæ plenitudo.

Et multi pseudoprophetæ excitabuntur, & seducent multos. Evangelij persecutio pręcedentem prædicationem confirmat: sic isti pseudoprophetæ, zizania dominico tritico admixta semper demonstrāt. Vbi notemus Dominum Iesum non Antichristos, vt illos priores; non ἀντιχρίστους vocare, sed pseudoprophetas. Isti sunt hæretici illi, qui in agro Domini vnà cum tritico succreverant. Tales sunt Anabaptistæ, Servetiani, Stācariani, Suēcfeldiani, Trinitarij, Vbiquetarij, reliquiq; hæretici, qui miserè evangelium exagitaverunt, vt legem Dei ad suam sententiam pertraherent; qui rixas in ecclesia, & lites excitârunt. Sic Ebionitæ, Cerinthiani, Nicolaitæ inter Apostolos. Sic inter nos similes tragœdias exortas esse, similes paleas disseminatas, nemo, qui sancto Dei spiritu præditus est, miretur. Num verò triticum repudiabimus propter tribulos? Num fruges, propter siliquas? num nucleum, propter corticē? Absit. Num manna, quòd minutum sit, negligemus? verbum Domini illud aurum est septies in fornace repurgatum, licet sit ei aurichalcum simile. Rosa est sola redolens, licet crescat in medio spinarum. Pratum illud est semper virescens, ex quo et colloquintida, & mādragora enascuntur. Quare, iudicent omnes quàm iniqua sit querela illa adversariorum asserentiū Evangeliū esse matrē hæreseôn, matrem bellorum, & seditionū, matrem vitiorū, quia, ex quo tēpore illud cæperat prædicari, ista enata sunt in mundo. Erunt pseudo prophetæ inter veros professores; erunt hęretici inter martyres: erit

invi-

invidus ille vicinus bono illi patrifamiliâs. Sed hinc inde non evangelium calumnientur mortales, non respuant, non condemnent. Sic Iesus futurum prædixit: sic Deus decrevit: sic omnis antiquitas tradidit. Oportet hæreses esse, vt electi fiant manifesti. Vult Deus noster suos omnes esse in verbo Dei exercitatos, probatores spirituum, an ex Deo sint: non otiosos cessatores, securos, nihil agentes. Quare, sectæ istæ offensionem aliquam pijs Iesu Christi sectatoribus præbere non debet, sed piè nos monere, quò moniti & armati esse possimus adversus Satanam, & regem tenebrarum, ne aliquandò in ejusdem laqueos incidamus.

Et quoniam multiplicata erit iniquitas, refrigescet charitas multorum. Charitas multorum refrigescet, & iniquitas iam multiplicabitur: messis matura erit, (quod dicere solēt agricolæ:) spicæ triticeæ & hordeaceæ inclinabunt se, & tribulus caput suum efferet: Tum demùm maturitas frugum, tum immittenda falx in messem. Sic sanè in messe, in agro isto Domini, iniquitas principatum obtinebit, multiplicabitur, ad plenam mensuram perveniet, cum Amorrhæorum illorū impietate, & iustam magnitudinem consequetur, & tum demùm defalcabitur, & in ignem mittetur. Sic David; Vidi impium florentem vt laurum, & pertransij, & subitò extinctus est, nusquam apparuit. Et alibi: Cum florescunt impij omnes, & vt gramen virescunt, tum excindentur, perdentur in æternum. Sic Pharaoh triumphum agens iā (vt sibi videbatur) victoriæ compos, fluctuum vi obrutus demergebatur. Sic Nebuchadnetzar ædificatâ domo, & exornato illo magnificentissimo palatio, gloriabundus, in eodem se efferens & extollens, in beluam mutatus est. Sic Ahab nactus possessionem, iam descendens in vineam Naboth, eiectus est edicto Domini, Eliæ ministerio; & de possessione deturbatus. Sic novit semper Dominus impios in flore, falce suâ metere, in apice & primatu gloriæ suæ excindere, in ipso tempore opportuno tollere. Sic hoc demum tempore, quod olim semper in mēbris fecit, iam in corpore integro faciet; quod in malis omnibus puniendis, iam in mundo ipso delendo Dominus præstabit. Cum iniquitas eius multiplicata erit, cum ramos suos extenderit, cum omnis pudoris, probitatis, pietatis repagula perfregerit, cum charitas, & ille fidei vigor refriguerit, tum demum ad tribunal & solium eius mundum hunc sistet, ad rationem vocabit, & deducet in iudicium. Et annon ista planè huius sæculi facies? Annon multiplicata iniquitas, & charitas congelata? annon superbia, gula, luxuria, avaritia, vsura, hypocrisis

Gen. 15. 16.

 frau-

fraudes ad summum vsq; devenerunt, vt ferè amplius nõ sit iam, quo excrescant? Vestes nostræ superbæ, & auro exornatæ: victus exquisitissimus, et quotidianus: luxuria effæminata, & frequens: avaritia inexplebilis, & latè patens: vsura damnata est a Domino, & tamen a dispensatoribus defensitata: hypocrisis jam rustica, & plusquam Pharisaica: deniq; oppressio subditorũ plusquam AEgyptiaca, & Babylonica, planè loquuntur omnia vitia ad summum pervenisse. Non est in his, quò homines procedant: in summo planè gradu cõsistunt. Restat solum divinum mandatum: tuba angeli: ruina mundi.

Sed qui sustinuerit ad finem vsque, is servabitur. Hic audio quendam quærentem in quo perseverandum sit. Annon, inquit, in fide, in quâ sacris mysterijs initatus sum? annon in fide maiorum? Hoc vellent libenter aliqui: hoc multi faciunt obstinatè. Sed falluntur longè. Nam primò hîc verbum ὑπομένειν, non tam perseuerantiam propriè, quàm malorum tolerantiam significat. Quasi diceret Servator, Hæc mala sunt futura. Professores mei, fratres, patres, amicos, hostes & proditores experientur: mortem ob oculos propositam sustinebunt, & contumelijs & odijs impiorum exponentur; inter pseudoprophetas degent, qui illos item lacerare dentibus & linguis, veluti gladiolis, & quotidiè perimere studebunt. Mundus autem ipse erit nõ in maligno positus, sed jã ad ipsũ malorũ fastigiũ ita provectus, vt nihil ad ejus impietatẽ possit accedere. Omniũ charitas frigescet. Quare, nõ est quòd refocillationẽ aliquã sperent pij. Quodnã ergò solatiũ in tot malis? Qui sustinuerit in finẽ, is saluus erit. Galea salutis æternæ, quã præbuit, & cõparavit nobis Iesus sanguine suo, õnes ictus hosce Satanę, mũdi, & malorũ depellet, & rejiciet. Hic etiã sensus elicitur item ex Mat. 10. vbi eadem sententia habetur. Tradet frater fratrem ad mortem, & pater filium, & filij cõsurgent adversus patres, & interficient illos, & eritis odio omnibus propter nomen meum. At qui sustinuerit in finẽ, hic salvus erit. Causam, propter quam hæc õnia sustinenda sunt, hic locus insinuat; nẽpe, professionẽ evãgelii, & nomẽ Iesu. Et etiam Iohannes ipse eandẽ perseverantiã in Epistola secũda ad electam illam Dominam, clarissimè demonstrat. Multi seductores, inquit, introierũt in mundum, qui non cõfitentur Iesum venisse in carne: alij incarnationem negantes omninò: alij naturas dividentes: alij officium Seruatoris & Mediatoris conculcantes. Quicunque autem istiusmodi doctor extiterit, impostor est, Antichristus est. Cavete vobis, ne deperdatis, quæ operati estis: ne labores vestri in nihilum redi-

Mat. 10. 22.

tedigantur,& fiant irriti: Quemadmodum ij frustrà labores ingentes se suscepisse olim fatebuntur, qui non Christianæ religioni,sed Romanæ superstitioni incubuerût:qui in Iesuitas,& proditores adeò amplè & liberaliter bona sua profuderunt. Nam quod habet Apostolus Paulus 1.ad Corint. cap.15.Firmi estote,fratres,& immobiles in salutis spe,partâ per Iesum Christum,& in illius victoriâ, abundantes indies magis ac magis in opere Domini semper, quùm sciatis laborem vestrû in Domino non esse irritû.Sed,quod habet hic etiam divus Iohannes,plenam mercedem iuxta promissum eius accipietis.Non aget ille fraudulenter,ad vesperã nõ detinebit (quod divites solent)operariorum mercedem:sed supra meritũ,supra expectationẽ, eius benignitas eos remunerabit.Qui receperit Prophetã,in nomine Prophetę,habebit a Domino Prophetę mercedẽ.Qui iustũ propter Iesum in domû admiserit,habebit iusti mercedem:imò,qui poculũ dederit aquæ frigidæ,non oblivioni tradetur. Oculatus est Dominus noster, pervigil paterfamiliâs, non erit ingratus in quenquam. Sed cavete cui ista charitatis opera exhibeatis: cavete quem in domum recipiatis:ne hostem Iesu Christi pro hospite: ne anguem pro amico: ne pro fratribus ejus,falsos fratres vestro sinu foveatis. Et hac notâ eos discernetis & dignoscetis. Omnis qui transgreditur, & non manet in doctrinâ Christi, nempè in Evangelio ejus, Deum non habet. Qui hanc doctrinam non profitetur, ille Antichristus est: supervolare audebit,& ei aliquid addere:qui huic nõ acquiescit soli,& in ea manet,& stationem figit:qui ab ista vel ad lævam,vel ad dexterã declinaverit,quicquid simulaverit,quicquid dixerit,Deum non habet.Iesus Christus perfectus pædagogus est,legis lator supra Mosem.Hinc Iacobus verbum ejus legem perfectam libertatis,& verbũ,quod potest servare animas,vocavit cap. 1. Omnia dei consilia, omnem patris voluntatem, amicis suis, fidus ille, & tam benignus,tam familiaris,tam sine omni fuco,in cujus ore dolus nõ est inventus,nobis aperuit.Nihil planè est reliquum,quod scire nos velit, quod nos desideremus.Qui manet immobiliter in doctrinâ christi,nihil amplius ad salutem,ad pietatem, ad cultum divinum admittens; sed iuxta huius τύπον διδαχῆς,præscriptum,& formã doctrinæ,quam tradidit Christus, operatur,& credit,hic habet & patrem & filium. Vult pater filij sui vocem(in quo solo acquiescit)exaudiri in omnibus,Omnem illi potestatem in cælo,& in terrâ,concessit.Qui hunc amat,ille eum etiã redamat:qui hunc audit,ille exaudit:qui hunc reiicit, & ille

 respuit:

respuit; qui illum contemnit, eum tandem conteret. Quare, sic progreditur Apostolus: Si quis ad vos venerit, & hanc secum doctrinam Iesu non ferat, ne recipiatis eum in domos, ne Salue ei dicite. Nō indulgentiæ Pontificiæ, non Bullæ, non grana benedicta, non professio Iesuitica: sed doctrina Iesu, semen evangelij, granum illud cæle stis sinapis, gratos vobis omnes hospites vestros reddit, vt dicatis cum Esaia, Quàm speciosi pedes evangelizantium nobis pacem, evangeli zantium nobis bona: vt evangelistæ Iesu sint vobis advenę gratissimi, & eorum pedes, licet lutosi, licet præ æstu saucij, licet sordidi admodū (nā nudis pedibus omnes Iudęâ proficiscebātur) adeò speciosi vobis essent, vt non recusaretis, vel molæstè ferretis, eos lavare, sanare, vel abstergere. In hac ergo doctrinâ Iesu perseuerandum est, manendum est ad finem vsque, si modò salvi esse volumus. Est enim evangelium salutis, est verbum fidei, est semen Dei, est semita vitæ ęternæ.

Et prædicabitur istud Evangelium regni in universa terrâ, in testimonium omnibus gentibus: & tunc veniet finis. Prædicabitur hoc evangeliū regni per vniversum orbem terrarum, in testimonium omnibus gētibus, & tunc veniet finis. Vltimum signum, & certissimum, & manifestissimum consummationis mundi, est ista prædicatio evangelij. Sic solet semper Deus peccatores priùs docere, quàm perdere: monere, quàm de statu gratiæ suæ mouere; ad pænitentiam, & illā vtilem pro peccatis suis tristitiam, & dolorem incitare, quàm ad tribunal & iudicium evocare. Sic egit cum veteri mundo: sic cum Sodomâ: sic cū Ierosolymâ: & statim post cessationem prędicationis, sequuta est virga vltionis. Sic cum mundo ipso iterum est facturus. Quare, evangelio iam tandem, & tam diù apud omnes gentes tam clarè sonante, certo certius statuamus, finem non esse longè remotum, sed iam instare tempus, in quo ad tribunal Dei evocabimur.

De Apostolorum prædicatione hic locus aptè explicari nō potest: primò, quia dicit Seruator, Post illā, tūc finis veniet. Tum, quia hosce tumultus, terræ motus, omnium gentium inter se concussiones, prædicatio ista sequutura est. Tum, quia iterum, πάλιν, Ioannem ipsum, vel eius loco, alios evangelij præcones futuros sub sexto Angelo, immediatè ante mundi consummationem (quam futuram sub septimo Angelo, ibidem iurat Angelus ille magnus terræ & maris Dominus cap. 10. Apoc.) nobis denuntiatur. Sed quare in testimonium? In testimonium solum veritatis, & divinæ voluntatis, contra mendacia Satanæ, & tenebras Antichristi; adeò vt, qui in fide & religione dubij

bij sunt,hunc testem Domini audiant,hunc consulant,huic credant: non opus vt alia agant,non opus vt alia requirant. Faciamus quod evangelium jubet,credamus quod Christus docet,colamus Deum vt præscribit evangelium,& facessat omnis Pontificia sarcina ceremoniarum, & humanarum traditionum turba. Nihil omninò ad pietatem & cultũ divinum prosunt;sed fides evangelij,per charitatem efficax. Hoc illud quod Dominus promittit 10. Apoc. Dabo duos testes meos, ad testandam voluntatem meam,& veritatem,in ipso sæculorum fine(post fucos,& præstigia Satanæ,& Antichristi)ne homines ignorantiæ velo tutos sese futuros existimarent. Hîc notetur harmonia Apocalypseôs,et Evangelij. Librum parvum aperit Angelus, iubet prophetare, tum iurat finem fore. Sic hoc loco Iesus: Prædicabitur evangeliũ hoc regni omnibus gentibus,in testimonium,&tunc demùm erit finis omnium. Sed hoc quod dicit,In testimoniũ:tantum etiam valere videtur,quòd non erit in bonum multis:non in odorem suavitatis. Quod ibidem etiam subdit Ioannes: Dulce erit in ore verbum hoc, sed in ventre amarum. Parvus fructus operum eius; multus fructus labiorũ,multa copia & abũdantia foliorũ,sed fructuũ & factorũ inopia & penuria futura est. In ore erit apud multos fertile verbũ hoc, sed in corde sterile & infructuosum:dulce auribus, sed manibus durum,& intractabile. Hoc est illud,quod In testimonium hîc dicit Iesus prędicatum iri. Consurget in testimonium omnibus incredulis, qui illud ipsum auribus hauserunt, & non expresserunt operibus, in die iudicij in condemnationẽ. Impio tum dicet Dominus; Quid tu *lesapher*,fuse explicas statuta mea? cur in os assumis legem meam,& odisti disciplinam eius,id est,morum tuorum emendationem? Tum Dominus iudex sic alloquetur & oues,& hædos: Audi popule mi, & eloquar: Israel testabor cõtra te-nã sũ Dominus Deus tuus ego. Alloquitur benignè Dominus populũ suũ:at in Israelẽ immorigerum, incredulum,testatur,idque in ipso iudicij die, ac tempore. Quasi ad hunc ipsum Psalmum Iesus istam prophetiam referret, qui sic sua ferè omnia gerebat,vt Scriptura impleretur. Sanctos item suos illic definit eos esse, qui secum fœdera sacrificiorum inierant. Sacrificia itẽ docet quænam sunt sanctorum; invocationem scilicet, & gratiarum actionem. Vtinam qui tot sanctos in Canone suo & Calendario inscribunt,hanc sanctorum definitionem, non ex scholâ Thomæ, sed ex ore Domini profluentem,tenerent : & item horum sacrificiorum, id est, Christianorum, rationem observarent. Eadem Psal. 50.

sermonis phrasi vtitur etiam Dominus in eadem causa, eandem ad idem tempus, & ad eundem sensum applicans & accommodans, apud Malachiam, 3. cap. Accedam autem ad vos in iudicium, & ero testis festinantissimus contra præstigiatores, & contra adulteros, & contra iurantes falsò, & contra oppressione detinentes mercedem mercenarij, viduam, & pupillum, ac peregrinum pervertentes, neque timentes me, ait Iehova exercituum. Sic Matthæus etiam refert in illo vltimo iudicij examine hoc iudicis nostri, in hypocritas, & infrugiferos auditores verbi
Mat.7.23. sui, testimonium. Multi (inquit Christus) dicent mihi in illo die, Domine, Domine, nonne per nomen tuum prophetauimus, & per nomen tuum dæmonia eiecimus, & per nomen tuũ multas virtutes edidimus? Tunc autem profitebor ijs, Certè nunquam novi vos: discedite a me qui facitis iniquitatem. Et Lucas: Dico vobis, nescio vn-
Luc. 13.27. dè vos sitis: abscedite à me õnes, qui facitis quod iniustũ est. Et, Quid vocatis me Domine, Domine, & id quod dico non facietis? Iesus
Ioh.12.48. etiam ipse idem denunciat Ioh. 12. Qui rejicit me, & non recipit verba mea, habet qui condemnet ipsum: sermo quem loquutus sum, ille iudicabit eum vltimo illo die. Iohannes viderat etiam in die iudicij duos libros apertos: librum legis, & cordis: libros conscientiarum, & Scripturarum: & juxta hos iudicantur omnes. 20. Apocalypseôs. Secundum scripta in libris istis, iudicabuntur mortui. Idem David testatur Psalm. 96. Dominus in veritate suâ iudicabit populos: & nihil aliud est veritas, quàm verbum, & lex Domini. O nimiùm fælix, in cujus corde lex ista Domini per Spiritum Sanctum describitur! O beatus, cuius cordis scriptura, cum scripturâ istâ legis Domini consentit! Non decreta Conciliorum; non anathemata Paparum; non præcepta hominum ad iudicium adducentur, vt secundum ea homines iudicentur: sed solùm liber vitæ, liber ille & codex Scripturarum. Testis erit liber iste, vel salutis, vel fidei, vel exitii, vel incredulitatis omnibus. Quare, qui illa decreta curant, istum autem negligunt, impudenter agunt, & sibi ipsis graves futuri sunt adversarij. Et hanc ob causam ministri, prædicatores huius Evangelii, & læti nuncii, testimonium dicent in incredulos, & testes erunt fidelibus, ad salutem coram Domino in æternum. Sic Aaron cælesti illo Vrim et Thummim, id est, lumine cognitionis ad viam, & integritate operationis ad vitam instructus, iudicium

E

dicium eorum portare coram Domino super cor suum in æternum prohibetur, qui eum in vitâ & lege Domini sequi noluerunt. Tabernaculum etiam, locus sacer ille, vbi conveniebant Israelitæ ad audiendam legem, & ad fundendas preces, Tabernaculum testimonij dicebatur, vel obedientiæ ad salutem, vel diffidentiæ ad mortem. Eodem etiam nomine Ecclesia rectè dicetur. Sic pulvis, vt habetur Lucæ 10. adversus divini verbi contemptores testimonium feret. Isaias verò omnium apertissimè quid sibi velit hoc, In testimonium, declarat cap. 30. Nunc veni, inquit Dominus, veni, & scribe in tabulâ, & in libro istud decretum: & erit in dies sequentes, in omnem posteritatem, *laguod*, in testimonium in æternum. Et causa sequitur, quare verbum Domini esset in testimonium. Quia populus rebellis iste *Merihu* (& verbum hoc rebellionem significat, cum præcepti & mandati alterius violatione) filij sunt mendaces: filij, qui non concupiscunt, non desiderant audire legem Domini: Qui dicunt videntibus, Non videbitis: & Prophetis, Ne prophetetis, aut denuncietis nobis *necocoth*; id est, nobis contraria. (Non possunt ferre contradictionem, correctionem, redargutionem, aut vitiorum suorum, & peccatorum repræhensionem.) Loquimini nobis blanda, mollia, & fallaces illusiones providete: discedete de viâ, declinate de arctâ illâ semitâ: Cessate nobis obtundere in facies. Sic sese erga Dominum præbuit populus Iudaicus immorigerum, contumacem, & planè rebellem. Non desiderabant audire legem Domini: vix ad illam audiendam coacti accedebant: & cum audiebant, minas ferre non poterant. Vlcera superbiæ & avaritiæ, cultro illo Mosis circumcidi permittere noluerant. Oleum Evangelicum postulant: Legem, & Prophetas nimis vrgeri asserunt: illud, Sic dicit Dominus, ægrè audiunt: promissa mellis & lactis, mollia & placentia verba, peccatorum lenimenta requirunt. Sed tales auditores in scholâ Iesu non proficient: tales ægri a cælesti medico nostro non sanabuntur: tales impij, rei, damnati, misericordiam, veniam, indulgentiam Dei nunquam consequentur. Talibus pharmacum hoc salutiferum in venenum; Evangelium in testimonium; edictum misericordiæ transit in rescriptum iustitiæ: qui sic delicati sunt, vt cælestis huius medici salutarem cyathum non bibant: qui sic curiosi, vt imperatori illi omnium maximo, conditiones præscribant: qui

apud semetipsos ita sapientes sunt, vt consilium Domini a se repellant: vt pedes, contra naturæ ordinem, caput constituant: vt oves pastoribus præficiant: vt ægri medicis imperent. Annon iure & merito & morbi vim, & mortis sententiam, & divinorum iudiciorum severitatem contra se experiantur necesse est? Tales veteres Israelitæ extiterunt: tales plerumque auditores apud nos reperiuntur. Nolunt audire multi: alij nisi quæ volunt: præscribunt alij pastoribus suis, quid dicant: alij penitùs a se repellunt legationem Domini. Et annon his rectè in testimonium in illum terribilem diem Domini Evangelium est futurum? Sic iubentur Apostoli excutere puluerem in contumaces illos, qui verbi prædicationem nollent audire, quasi in testimoniũ cõtra eos: & Sodomæ tolerabilius esse, quã civitati illi contemnenti dei verbum, Dominus iudex in die iudicij fore pronunciat. Gravissimum facinus, peccatum grande, contemptũ divinæ legis oportet nos existimare. Opus bonũ & gratissimum Domino est evangelio auscultare & obedire. Hinc Psalmo 40. Multa tu præstas nobis Domine mirabilia, & cogitationes tuas erga nos quis potest ritè disponere, & recensere? Si enumerare vellem, plura sunt quàm valeo exprimere. Et quid ego Domino meo retribuam? Sacrificium & oblationem noluisti, aures autem perforasti mihi. Hoc Deo longè gratissimum munus & sacrificium, aures perfodere, & illas ad legem divinam accommodare. Alludit Propheta ad legem illam Domini, Exodi 21. Vbi vernam illum Hebræum emptum, & iam post septennium, propter amorem domini, de manu eius exire nolẽtem, iubet Dominus sisti coram magistratu, & perforare aurem eius subulâ, vt fiat servus domini sui in æternum. Tales servi & vernæ ob amorem Dei nos esse debemus. Emit nos omnes pretio omnium maximo: amat nos vnicè: discedere ab illo non debemus, sed aures perforatas habere, vt eius iussa præstemus, vt eius vocem audiamus, vt ei, omnibus vitæ nostræ diebus, serviamus. Hoc signum amoris nostri & officium: hoc erit illi maximè acceptum: hoc solum servus eius, illi præstare potest, qui emit eum. Hinc Iesus beatos illos servos vocat, non tam qui dant, vel sudant, vel laborant in vinea Domini; quàm qui auscultant, & audiunt verbum Domini, & custodiunt, & obseruant illud: &, vt inquit Dauid, qui meditantur in illius lege die ac nocte. Hoc servorum est fidelissimorum: nihil aliud habent, quod Domino suo de suo largiri possũt: hoc illos maximè decet: hoc illi maximè placet. Quare, hoc

 ip-

ipsum, In testimonium esse, significat Evangelij hanc prædicationē, pharmacum pænitentibus, pœnam contumacibus, indulgentiam obedientibus, thesaurum iræ spernentibus, thesaurum misericordiæ recipientibus, in tremendo die iudicij futuram, cum secundum vniuscuiusque opera, Dominus vnicuique in iustitia & æquitate retribuet.

De hac vltimâ etiam evangelij prædicatione, non solùm Evangelistæ omnes, & Prophetæ nouæ legis, sed & veteres illi loquuti sunt. Fieri enim nō potest, vt res tam celebris, tam perspicua, tam vtilis, tā benefica, tam longè antè prędicta per Prophetas, ad ista tempora nō perueniret, piosque omnes ita permoveret, vt exultantes dicant cum Apostolo, Gratia sit Deo super dono suo ineffabili; nec leviter, aut sicco (quod aiunt) pede ab illis pertransiretur. Ac primò, videtur mihi Esaias ipse Evangelista planè, vel ad Evāgelistas istos nostros perspicuitate suâ quàm proximè accedere, & illam ipsam nobis ante oculos proponere cap. 30. Et erit lux ipsa lunæ sicut lux solis: lux autem solis erit septupla, vt lux septem dierum: quo die obligabit Dominus fracturam populi sui, & fractionem plagæ illius curabit, & illam fracturam de olivâ (quam etiam, veluti ex hoc loco desumptam, nobis declaravit Apostolus) colligabit Dominus, iterùm in truncum suum inseret; & confracti illi Iudæorum rami, iterum radici adhærescentes, revirescent, & ferent fructum, sed in sole, in luce omnium maximâ. Istam restitutionē, vt expectamus: sic etiam vtinam lucem agnoscere mus. Sic etiam Zacharias ca. 4. hujus vespertinę serenitatis, & splendoris nostri apertissimè meminit: Veniet Dominus Deus, & omnes sancti cum eo; & erit in die illo, non erit lux. Non erit, in die illo aduentus Domini ad judicium, lux illa pretiosa, qualis in congelatione fieri solet. Dies enim ipse adventus Domini, omnium prophetarum testimonio, obscurus est futurus. Et erit prætereà dies vnus: hic cognitus est Domino: neque dies, neque nox. Hic est planissimè dies ille vltimus, quem (vt narrat in hoc capite Dominus Iesus) solus nouit pater, mirabilis planè dies: nec dies, nec nox, dies iste Domini appellatur, & tamē veniet mediâ nocte, & inquiete, & in lecto aliquos inveniet obdormientes, & stertentes. Et erit, futurum est, certò, *Legneth gnereb*, tempore vespertino, *jjeh or*, erit lux. Quid hoc ipso dici potest planius, & ad evangelii veritatem congruentius, Deum venturum esse cum omnibus sanctis, diem adventus eius tenebricosum, admirabilem, Deo soli cognitum? Sed hoc tamen certo certius futurum ante tene- 2. Cor 9.15.

bras illas, ante diem illum furoris & iræ, tempore vespertino, lucem futurã esse. Et quodnã, quæso, aliud tempus vespertinum, quàm sæculum nostrum? Quænam lux, nisi Evangelij & verbi Dei, vel aduersarijs Evangelij iudicibus? Huc vsque Zacharias.

Nec minùs apertè Daniel ille, vir desideriorum, & sedulus indagator futurorum, cap. 12. hoc ipsum docet. Afflictio, inquit, futura est maxima: eripietur è calamitatibus populus omnis Iudaicus, qui scriptus est in libro illo. Expergiscentur multi dormientium in terrâ pulueris: illo sæculo qui docebunt alios, splendebunt quasi splendor ille firmamenti: & qui iustificant multitudinem, & veram tum demum iustificationis rationem docuerint, erunt tanquam stellæ in æternitatem. At tu, Daniel, occlude verba ista, & obsigna hunc librum ad tempus determinatum vsque. Non enim brevi futura est prophetiæ hujus impletio, sed in tempore suo. Tum demùm illo tempore, *ijshtetu*, multi explorabunt, investigabunt, scilicet propter scientiam, vt propter Mannah illud, Exod. 16. Quo in loco, & isto Danielis, & etiam Amosi cap. 8. vers. 12. verbum hoc habetur, ad idem planè (meâ sententiâ) relatum. Ab Aquilone vsque ad orientem *ijshtetu*, circuibunt, vt quærant verbum Domini, & non invenięt: Sic Amosus. At Daniel, Multi circuibunt, explorabunt, investigabunt verbum Domini, & scientia multiplicabitur. Invenient minutum
Exod. 16. 14 illud mannah exploratores isti, cujus copiâ & saturitate famelicas animas explebunt, & in domo Dei epulabuntur. Annon cum Zacharia omninò, & cum Evangelio etiam consentit Daniel, afflictionem maximam futuram, restitutionem Iudæorum, resuscitationem è terræ pulvere omnium, veram iustificationis rationem, excellentiam & cognitionis & scientiæ tradens? Mannah etiam illud, (vt typus veritati responderet,) cecidit mane & vesperi: tum demùm eius copia, tum eius cælestis pluvia: meridie verò, & solis æstu exaruit. Idem planè de Manna hoc nostro, & in diebus hisce peregrinationis nostrę pronunciare possumus: Mane illo Apostolico copiosè cecidit Manna illud: meridie autem Pontificiâ iterum evanuit, emarcuit, & exaruit; vespere autem hoc nostro iterum cadit affatim, & abundè circa tabernacula nostra. Nõ opus est vt peregrinemur longè exquirẽtes, aut esurientes: circum circa est, ædes & aures nostras eius verbum quotidiè personat, vt ad iustitiam erudiamur. Sapientia iam in plateis, in compitis viarum omnibus clamat, se ostendit & vocem effert, adeò vt prophetiæ istæ, & nostra cognitio planè conspirent, & consentiant, & veritas



ritas cum vmbra conveniat. Nec est sine mysterio illud in Evangelio, quòd descendente iam Iesu de mõte Olivarum, populus vniversus cæpit illic gaudere, & laudare Deum de omnibus, quas viderant, virtutibus, dicentes, Benedictus rex ille, qui venit in nomine Domini: pax in cælo, & gloria in locis altissimis. Non in vertice montis, sed in descensu (licet ibidem præsens etiam aderat populus) laus ista omnium consensu ad Christum delata est. Quid, quòd ante lucem soli galli voces suas efferunt, & divino mandato iam tum obedientes, ejus laudes quasi celebrant? Ante solem verò cum gallis omnes aves modulationes, harmoniam, & suaves sonos proferant. Sic sanè speramus, non gallos solos evangelicos, & illos præcones Domini, (quorum reverâ munus est, homines è peccati somno excitare) voces suas edituros iri in laudem Domini, & salutẽ Iesu Christi: sed omnem etiam popolum, omnes aves Domini, corvos illos etiã nigros se ad meliorem mentem revocaturos, & tenebras illas veteres cum vitijs excussuros (quod etiam jã multi fecerunt) & in laudes istas Domini vnà nobiscum prorupturos. Quod concedat omnibus Deus, propter Iesum Christum Servatorem nostrum, Amen.

Et tunc veniet finis. Hoc signũ certissimũ & clarissimũ mũdi ruẽtis & casuri: & hæc de ipso mundo in genere a Christo dicta sunt: Iã ad particularẽ illã Ierosolymæ ruinã descẽdit, & illi etiam Apost. quæstioni satisfacit. Nã quod quidã superiora etiã ad Ierusalẽ referunt, meâ sententiâ, minùs aptè faciunt. Christus enim loquitur de multis nomine suo veniẽtibus, qui se dicẽt Christũ, & multos seducent. Quę prophetiæ de *Theuda*, & similibus perditis hominibus, vel de Ægyptiaco illo pseudopropheta, vel de *Iuda Galilæo* illo, qui & *Gaulonites* dicebatur, propriè dici non possunt: quorũ primus ille prophetam tãtùm se iactabat, non Messiam: secundus verò iste ante Christum natum, cum Sadduçęo quodã, res novas, fraudes, & latrocinia exercebat: & multos futuros tales Iesus pronuntiat, & multos habituros discipulos affirmat; & horũ venenũ tã latens futurũ, vt suos falleret. At hi duo vel tres multi censeri non possunt. Nec se Christi nomine appellabant & vendicabant apud populum. Nec multos seducebant, qui brevissimo tẽpore extiterũt, a quibus, christianis nullũ erat periculũ. Nã *Gamaliel* horũ vesaniã refutavit: & tũ nec apparuit ipsa rerũ facies bellica, nec tam graves omnium gentium tempestates illo tempore commovebantur. In pace enim degebat mundus Apostolorum tẽpore, sũmumque Dei beneficium ita elucebat, vt illi Evangelium ejus celeriùs

& fœliciùs per omnes regiones deferrent. At posteà, vbique bellum, vbique tumultus, vbique etiam seditiones excitabantur, vt primùm Papa equum conscenderat, & ad mundi gubernacula accedebat.

Ipsa nostræ ætatis facies, & hominum mores, ad nos, & ad hæc nostra tempora hanc prophetiam spectare planè evincunt. Odia omnium gentium in professores Evangelij in illâ primâ evangelij promulgatione non fuerant; proditiones, inimicitiæ, simultates, refrigerium illud charitatis, iniquitatis multiplicatæ, apud illos locum non obtinebant. Vbi verò hæc omnia in ecclesiâ grassabuntur, & evãgelium per omnes gentes prædicari cæperit, tunc erit finis. Hæc omnia declarant primam partem hujus doctrinæ ad nostram ætatem, & ad nostra tempora spectare: super quos fines sæculorum devenerunt, & a quorum foribus finis remotus, aut longè dissitus esse non potest. Tum illud finis nomen ad Ierusalem referri aptè non potest. Rogant discipuli Servatorem, quandò illa essent futura, vt ne lapis super lapidem relinqueretur in templo, & cum civitas illa planè vastanda esset; & etiam quod signum foret adventus sui, & consũmationis, finis, συντελείας, sæculi. Huic eorum quæstioni, primò de fine mundi, & quoad vocem ipsam respondet Iesus. Evangelium prædicabitur, inquit, per vniversum mundum, in testimonium omnibus gentibus, & tunc veniet finis, mundi scilicet ipsius. Non tam aptè sequeretur, nec planè cohæreret, Et tunc veniet finis: ipsius scilicet Ierusalem. Tum nomen hoc finis (ex institutione sine dubio Servatoris) Apostoli omnes posteà referunt ad finem mundi, & nunquam ad eversionem aut exitium Ierusalem. Sic Petrus, Finis omnium appropinquat: sobrij estote, &c. Lucas verò omnium clarissimè ista duo distinguit: Quùm verò audieritis, inquit, bella & seditiones, nè terremini: oportet enim ista primùm fieri: sed non statim erit finis. Vos persequentur, & adducent coram regibus ob nomen meum: at in patientiâ possidete animas vestras. Hoc est illud, quod habet Matthæus: Qui perseuerauerit in finem, hic saluus erit: & quod Iohannes in Apoca. Hæc patientia sanctorum. Prædicabitur evangelium omnibus gentibus, & persecutionem maximam substinebunt professores ejus: adeò vt jam tunc, (si modò aliquandò) tolerantiâ, ὑπομονῆ, opus sit. Hæc de mũdi fine Lucas. At de Ierusalem sic loquitur: Quùm autem videritis Ierusalem cingi ab exercitibus, tunc agnoscite appropinquare vastitatem eius, & exitium. Videte quam vocem adhibeat D. Lucas ad Ierusalem, ἐρήμωσιν, vastitatem, non τέλος, finem. Sed hoc verbum ad mundum ipsum clarè superiùs retulit.

lit. Et hoc loco non pseudoprophetas, sed obsidionem Romanorum, circumseptionem ab exercitibus, & abhominationem desolationis a militibus in templo locatam, quam Matthæus item recenset, signa esse ejus eversionis. Et vt D. Lucas illam etiam prægnantium afflictionem maximam ad Ierusalem refert: sic pseudoprophetarum horum in eius vastitate mētionem fecit: sed eos omnes (vt etiam Matthæus) ad mundi ipsius consummationem & finē retulit. D. Marcus itē pseudoprophetas, procellas, & tumultus recenset; sed nondū finis est futurus, inquit. Evangelij etiam prædicationem, & persecutionem, illam patientiam sanctorū, illas corā regum tribunalibus & principibus accusationes, & perseverātiā etiam, ac tolerantiā hac egere ad finem vsq; affirmat. De Ierusalem verò non pseudoprophetas; sed, quod habet Matthæus, abominationem desolationis prædictam a Daniele, fugam, rerum omnium desertionem, gravidarum afflictionem, & etiam illorum dierum asperitatem maximam commemorat. Sic isti ista distinxerant, & inter se divino quasi consensu in his signis recensendis conspirant. Ὅταν δὲ illud & Lucæ, & Marci, Cùm videritis abominationem illam desolationis, idem videtur significare, & narrationem quasi novam nobis insinuare: necnon illud Matthæi, Ὅταν οὖν, cum igitur: quasi manifestare & elucidare. Ista verò quæ sequuntur, a versu decimo quinto, ad versum vicesimum secundum, ad Ierusalem propriè spectare videntur.

Quum ergò videritis abominationem illam vastatricem, quæ dicta est a Daniele propheta, positam in loco sancto, (qui legit, animadvertat. Quia increduli erant Iudæi, nec huic Ierosolymitanæ ruinæ fidem haberent, ne ipsius Domini discipuli; hinc remittit eos Iesus ad Danielem prophetam; quasi non novum esset hoc, sed a Domino diu antè decretum, statutum, & denunciatum. Quæ nam fuerit abominatio ista desolationis, varia sunt multorum judicia. Alij idola in templū illata; alij doctrinæ depravationem intelligunt. Sed ista illam minimè desolationis abominationem videntur exprimere; quoniam ista etiam in templo ante hoc Iesu Christi vaticinium extitère. De re autem futurâ Iesus videtur mihi verba facere, quæ nondùm extiterat: & Daniel ipse 12. (ex quo hæc verba desumpta videntur) videtur nos docere quidnam hoc fuerat: nempè, Iuge illud, & quotidianum sacrificium ablatum, quod quotidiè in Templo sacerdotes secundum legem immolabant. Sic enim inquit Daniel; A tempore, quo ablatus fuerit iugis cultus, & posita detestatio desolationis,

Eusebius li. de Demōstratione Evangelicâ, pag. 134. Abominationem statuit absentiam virtutis divinæ, quę illos reliquerat: Theodoretus, Cęsaris imaginem in templum nostū à Pilato introductā.

tionis,

tionis, dies erunt mille ducenti nonaginta. Quam quidem ego desolationem factam fuisse existimo, cum Iohannes ille seditionis princeps, templum tenens, ad sacrilegium se (vt ait Iosephus) converterat: nec a donarijs, crateribus, lancibus templi, nec ab omnibus vasis divinæ rei, & ministerio dicatis, (quæ ab Augusto & vxore eius, qui quidem templum istud honorabant, plurima mittebantur,) abstinuit; sed in milites distribuebat: cum ad socios suos, & milites diceret, Iure se sacris abuti posse, quia pro Deo, & pro aris dimicabat: cum vinum, & oleum (quod sacerdotes sacrificijs reservarent, effunderet, & prophanaret, cum hoc vngebantur, & illo inebriebantur: cum vinum illud potabant liberè, & oleum illud prophanabant impiè: tum demùm abominatio ista desolationis: tùm demùm juge hoc cessavit sacrificium, & tum demùm ablatum, reipsâ nunquàm restituendum, cum milites erant sacerdotes; cum sanguis hominum pro sacrificiorum sanguine fundebatur: cum vociferationes erant preces, & arma erant super aras, & sacrilegus, sanguinolentus, seditiosus, impius chorum regeret: cum templum Dei fuit castrum diaboli, & summa oblationum, sacrificiorum, precum, concionum solitudo. Ista abominatio, ista ἐρημώσεως illa, quam vult Iesus noster. Narrat ista Iosephus, & tantam fuisse impietatem affirmat zelotarum istorum, qui supra cæteros zelo domus Dei & templi se inflammatos prędicabant, vt si Romani in hos noxios & facinerosos venire tardassent, aut hiatu terræ devoranda esset civitas, aut diluvio peritura, aut fulminum, aut Sodomæ incendia passura. Cum hanc omnium sacrorum prophanationem, & omnis pietatis vastationem in loco sancto stantem, & vigentem videritis, inquit Iesus, tunc, qui legit, intelligat non longè remotam esse civitatis ipsius vastationem.

Iosephus lib. 6. c. 16.

Tunc qui in Iudæa sunt, confugiant ad montes: Quasi ad loca omnium tutissima. Non quicquam illis profuerant vrbes, terres, mænia: licet in ijs adeò valdè sperabant, vt Iohannes impius sicarius ille, zelotarum princeps, iactitaret, Etiamsi pennas sumerent, Ierosolymorum mænia Romani nunquam transgredirentur. At hoc salutare Salvatoris consilium non admittebant: non in montes, sed in vrbem confluebant vniversi: & omnes, quotquot venerunt, in eandem sine respectu recipiebant: existimantes quotquot confluxissent ex benevolentia, adiumento illis futuros: sed spe fal-



ſi decepti ſunt. Iſta ſiquidem res (inquit Ioſephus) civitatem peſſundedit, eò quòd iners & inutilis multitudo, quæ pugnantibus ſufficere potuiſſent, alimenta exhauſit: eoq; modo ijs ad bellum externum, domeſticorum ſeditiones, tumultus, fames, & penuria acceſſerunt.

Tunc qui ſupra domum, non deſcendat vt ſumat quicquam è domo ſuâ: & qui in agro, non revertatur retrò, vt ſumat veſtimenta ſua. Nulla tunc corporalium cura, ſed vnica tum cura vitæ omnibus incumbet. Vita plus valet quàm veſtes, & anima plus quàm opes. Iſtam, ſi poteſtis, conſervate, & vos vitæ periculis liberate: cætera contemnite. Non proderint vobis opes veſtræ in die vindictæ: ſarcinæ erunt fugientibus, prædæ occurrentibus, accelerantibus remoræ. Fugâ repentinâ & expeditâ opus eſt, ne circumcludamini, ne cinctâ obſidione civitate, nullus exitus pateat. Quod, omninò non ſine ſuo malo, tandem experti ſunt. Fuga ſola, ſalus; montes, refugia; ſolitudo, ſecuritas. Quotquot in vrbe manſerunt, fame, peſte, cæde, captivitate perierunt ad vnum ferè omnes. Chriſtiani verò deſertâ civitate, hoc modo ſibi ſalutem comparârunt.

Væ parturientibus, & lactantibus in diebus illis. Illarum conditio gravis: illæ minùs aptæ ad fugam: illæ fame cogendæ ſunt ad crudelitatem: illas duplex calamitas premet, & infantis, & ſua ipſarum propria.

Precamini verò ne Sabbato fiat, vel hyeme, fuga veſtra. Sabbato enim triſtis, hyeme terribilis; Sabbato ſcelerata & impia, hyeme aſpera, & acerba. Ita tamen acciderat, vt circa ipſam Paſchatis ſolennitatem, (quam Chriſti morte ipſimet prophanaverant) eorum obſeſſio, calamitas, & clades accideret, vt vel ipſa temporis ratio ad ſcelerum ſuorum agnitionem, ipſa ejus occaſio, ad memoriam facinerum ſuorum eos induceret. Deus Opt. Max. qui omnia moderatur, ſic decrevit, vt illud feſtum celebritatis maximæ, quod polluerant peccato omnium maximo, eſſet illis initium calamitatis, luctus, & everſionis. Tempus et locus multa ſolent in hominum memorias ingerere. Sic ſine dubio feciſſet ipſis tempus hoc ruinæ eorum: ſic divinâ providentiâ fuit diſpoſitum; ſed ab ipſis hoc ipſum eſt neglectum, & prorſùs repudiatum.

Tunc erit afflictio magna, qualis non fuerat ab initio creationis ad

hoc vsq; tempus, nec est futura. Et nisi contracti fuissent dies illi, periret omnis caro: sed propter electos, contrahentur dies illi. Quamvis afflictio ista referri possit ad cladem illam Ierosolymitanam: tamen multa sunt, quæ suadent potiùs ad finem mundi referendam esse. Primò, ipsa series prophetiæ huius: quia legimus vers. 29. *Statim post afflictionem dierum illorum, sol obscurabitur, nec dabit luna splendorem suum; & stellæ cadent è cælo, & potestates cælorum concutientur. Tunc apparebit signum filij hominis in cælo: &c.* Ergò afflictio illa immediatè præcedit adventum eius. Secundò, illud generale nomen omnis carnis, idē probare videtur. Nō Iudæorū modò propago & successio (inquit Servator) sed omnis caro in discrimen salutis veniet. Tertiò, Electorum, quorum causâ dies illi mali abbreviandi essent, vix aliqui erant in Ierusalem, cum obsidione cingeretur a Romanis. Quartò, si illa afflictio jam tum fuit adimpleta, nunquam iterum est expectāda vlla istiusmodi: quia afflictio tam gravis est futura, qualis nec fuit vlla anteà, nec talis iterum est futura. Tum reliqui item prophetæ circa finem hanc afflictionem futuram, suis quasi calculis confirmant. In primis verò Zacharias ipse, Cap. decimo quarto vaticinatur, Omnes gentes congregandas in Ierusalem, in ecclesiam Dei, & Dominum ipsum præliaturum contra eas, vt in die prælii illius, cùm Pharaonem illum subitò in mare demerserat, & prostraverat; & tum demum posthàc non amplius futuram cladem, sed Ierusalem in pace inhabitandam. Hęc est sine dubio illa vltima persecutio ipsius Antichristi, quam in ecclesiam Dei commovebit. Et ipse Daniel Capite 11. sub personâ Antiochi, persequutorem illum, & hostem ecclesiæ maximum Antichristum delineans, (ad quem locum etiam D. Paulus, Antichristum depingens, respexisse videtur) sic habet. Rex ille (inquit) faciet iuxta voluntatem suam, & exaltabit se, hominum scilicet humeris gestatus, supra Iesum Christum; & magnificabitur super omne quod est Deus, & loquetur mirabilia cōtra Deum deorum, & prosperabitur, donec eius *Zagnam*, indignatio, ira, furor defecerit. *Kmecherat sanegneshata*, quoniam vt illa eius *Zagnā*, angustia, afflictio magna perficietur, oportet: (*charatt* enim acuere, stringere, angustiare significat) vel, vt alii volunt, vt determinatum efficiatur. Nam verbum hoc vtrumq; significat. Et postea cap. 12. veritatem ipsam proponens, & vltimi sæculi statum & conditionē clarè & planè docens, sic loquitur: Tempore autem illo, astāte Michaele principe illo maximo, qui stat pro popularibus tuis, cum

cum fuerit tempus angustiæ, qualis non extiterit, ex quo fuit gens, usque ad tempus illud; tempore, inquã, illo eripietur populus tuus, quisquis inventus fuerit scriptus in libro illo: tandemq; multi ex dormientibus in pulverulentâ terrâ expergiscentur, hij ad vitam æternam, illi ad opprobria & contemptum æternum. Hic Daniel eandem prophetiam, eadem verba, idem tempus, eandem vocationem Iudæorũ, eandem afflictionis gravitatem clarissimè demonstravit.

Ad hoc tempus referri potest illud item Iohãnis in Apocalypsi, Hic patientia sanctorum: & quod habet Iesus apud Lucam, In patientiâ possidete animas vestras. De tempore enim vltimo vterq; loquitur. Ioël item cap. 3. reditum illum Iudæorum, simulac vocationem asserens, cum Daniele cap. 12. consentit, & omnes gentes in vallem Iehosaphat congregandas dicit; & ibi Dominum trituraturum gentes; & vallem illam, Triturationis vallem nominat: tùm demùm sancta erit Ierusalem, nec illam ampliùs peregrinus transibit; tùm demùm õnes filij aderunt; tùm demùm stillabunt montes novum vinum, & montes etiam lacte affluent, & flumina Iudeæ effluent aquis ripas, & habitabit Iuda in sæculum, & Ierusalem ab æterno in æternum.

Hanc vltimam pugnam & D. Iohannes etiam ex Ezechiele, sub nomine Gog & Magog, nobis designat: hanc stragem omnium maximã & vltimam futuram, & Diabolum seductorem eorum, & belluam illam, & pseudoprophetam, in lacum ignis & sulphuris, ad perpetuos cruciatus projiciendum; & tum thronus ille albus, & vnus ille, qui sedebat super illum, apparuit; a cujus facie fugiebat cælum, & terra, & loca eorum non sunt ampliùs inventa; & mortui omnes parui, & magni coram eo constituti, apparuerunt.

Esaias autem huic communi omnium prophetarum contestationi astipulatur cap. 25. In hoc monte (inquit) faciet Dominus convivium omnibus populis pinguium, vindemiæ, vel vini defæcati; pinguium, inquam, saginatorum, vini etiam purissimi, fæcibus omnibus expurgatis. Et absorbebit in monte hoc, faciem illius veli, obvelantis omnes populos, & illius operimenti, quod obducitur supra omnes gentes. Id est; Absorbebitur tum carnis velum, a cælestis gloriæ veritate, & inundatione. Hæc planè sunt bona evangelica; hoc magnum illud regis convivium: hæ nuptiæ regales: hæc densissimarum Antichristi tenebrarum, caliginum, fraudum dissipatio: hoc illud, Intra in gaudium Domini tui. Et absorbebit etiam ipsam mortem, veluti abyssum magnam, immensam, sine omni mensurâ, & profundo: & absterget Domi-

Expositio brevis & paraphrastica Cap. 25. & 26. Esaiæ.

nus Deus omnem lachrymam ab omnibus faciebus, & opprobrium populi sui recedere faciet ab vniversâ terrâ: quoniam Dominus loquitur. Et dicent in die illo, Ecce Deus noster, hic est: expectavimus eum, & salvabit nos. Hic est Dominus, expectavimus eum: exultabimus, & lætabimur de salute eius. Nam requiescet manus Domini in monte isto, & triturabitur *Moab*, Papa scilicet, vel Pater ille eorum, (sic enim vox sonat) subter illum: licet se extulerit supra Dominum hunc nostrum Iesum, & salutem nostram: & è folliculis & tegumentis superbiæ, nequitiæ, impuritatis excutietur: idque non subitò, sed sensim; non vno ictu, sed varijs percussionibus, vt palea trituratur ad stercorationem. Et hic videte quomodò Esaias & Ioel & in nomine loci, & in modo rei, nempè triturationis, cõsentiunt. Ergò de eodẽ eos verisimile est prophetavisse. Ioel enim suprà trituraturum Dominũ gẽtes dixit, & locum, Vallẽ triturationis nominavit: & idẽ etiã hic Esaias. Sed sequitur: Expandet manus suas Dominus in medio ipsius (*Moabi* scilicet, Papæ illius:) sicut extẽdere solet natator ad natãdũ: & dimittet, & humiliabit superbiam, & spiritus elatos, & arrogantes deprimet, & comminuet, cum cataractis illis amplissimis & valentissimis manus suæ; & ita munitissimã illã vrbẽ, quã neminẽ prædaturũ esse speraveras: altitudinẽ illã murorũ tuorũ, quã neminẽ transcendere, vel capere potuisse credideras, deprimet, dimittet, & ad terrã dejiciet. Annõ hic manifestissimè prædicatio evangelij, mortis absorpsio, Moabi illius trituratio, lachrymarum abstersio, quæ referantur in Apocalypsi, habentur? Quod & canticum etiam sequens confirmat.

Apoc. 7. 17.

Cap. 26. Esaiæ.

Tum canticum illud cãtabitur in terrã Iudçæ, Civitas fortis nobis, salvus posita illi murus, & vallum. Aperite portas eius, & intrabit gens iustificata, servans *Æmunim*, veritatem & fœdus Dei. Qui enim illa cõservaverint, hi sancti, hi portas hujus cælestis Ierusalem intrabunt. Beati enim sunt & in hoc sæculo, & in futuro, qui audiunt verbum Iesu, & custodiunt illud.

Eum, cuius desiderium est coniunctum tibi, custodies in pace, quia tibi fidit. Sperate ergò in Domino vsque in sempiternũ: nã dominus Deus rupes, & petra est ad õniũ sæculorũ æternitatẽ. Sed deprimit habitatores illos elatos, civitatẽ illã sydereã, & superbã deiiciet, & vsq; ad terrã deturbabit. O Domine, certè expectavimus viã iudiciorũ tuorũ: nomini tuo, & memoriç tuç desiderium animarũ nostrarũ: noctu desiderat te anima nostra, etiã spiritus in medio mei, mane te quçrit.

Quo-

Quoniam postquam iudicia tua extabant in mundo, habitatores terræ discent iustitiam. Misericordiam autem cōsequutus impius nō discet iustitiam: In terrâ rectitudinis perversè aget, & excellentiam Domini non agnoscet. O Domine, exaltatur manus tua, & non videbunt. Videbunt, & erubescent, zelum erga populum tuum. Certè ignis hostes illos tuos consumet. Istam iustorum in Domino confidētiam, hanc misericordiā Domini in impios, hanc manū Domini exaltatam ad nos defendendos, hanc impiorum cæcitatem, qui non agnoscent Domini potentiam, & eorum calcitrationem cōtra stimulū, & Messiam seu Christum suum, & contra vnctos ab eo, & constitutos principes, jam diù vidimus. Dominus autem disponet nobis pacem in medio laqueorum, veneficiorum, & insidiarum: quoniam omnia opera nostra operatus est in nobis. O Domine, Deus noster, dominati sunt nobis domini præter te: Solùm per te recordabimur nos nominis tui, & nos Deum solū, in nomine Dei & Domini nostri Iesu Christi, invocabimus. Hic status planè ecclesiæ, istæ ejus afflictiones, ista pericula, istæ procellæ: adeò, vt has voces verè ædere potest: Hæc tempora iam nos videmus, & in his vivimus. Hic status planè nostræ ecclesiæ, istæ, inquam, afflictiones, ista pericula, istæ procellæ. Et vt istam hostium conspirationem, cæcitatem, iniquitatem sentimus: sic etiam & dissipationem, interitum, triturationem brevi experiemur. Quæ etiam hic sequuntur. Mortui isti non vivent, gigantes illi non consurgent; quia visitasti eos, & perdidisti eos, & omnem memoriam perire fecisti eorum. O Domine, adjecisti populo tuo, & gloriosum reddidisti, extendisti omnes fines terræ. Gentem autem tuam, gentem illam sanctam, familiam ecclesiæ tuæ multiplicasti, & ab eadem glorificatus es, & extendisti omnes fines terræ, vt illi etiā caperent incolas tuos. O Domine, in afflictione visitarunt te; & coarctati, secretas preces effuderūt corā te. Castigatio tua super omnes. Vt prægnans propinqua partui dolet, & exclamat in doloribus suis: sic fuimus a facie tuâ, Domine Gravidi fuimus, doluimus, quasi pararemus ventum; perpetuis torminibus ac cruciatibus vexati, & tamen nullus partus prodijt, nobis nullus partus apparuit: Salutes nō sunt factæ in terrâ. Nullarū ex nobis ipsis planè sumus viriū, nisi Dominus manū suā exaltasset; & tamen habitatores orbis, hostes nostri nō ceciderūt: sed roborati sunt. Hic planè status ecclesiæ Christi; hæc eius militia; hæc malitia hostium eius, & potentia. At hanc Dominus sic consolatur: Vivent mortui

tui(Cadaver meum)resurgent:(Sic enim sonat Hebraicè) Hæc illa vnitas Christi & ecclesiæ suæ. Hinc caput & membra eius. Hinc illa vox ad Saulem persequutorem;Quid me persequeris? Eius cadaver sunt fideles omnes,ille caput eorum.Iam dum,transactis hujus miseræ vitæ fluctibus,cælum cōscenderit,& sensim eos ex his aquis & fluctibus ad se traxerit Expergiscimini,& cātate, qui habitatis pulverē. Nam ros olerum,ros tuus est,misericordia illa matutina, jugis & immensa,quæ iterū formabit,& germinare faciet sicca ossa tua,& opera sterilia,imperfecta,planè indigna celesti illâ gloriâ,quæ revelabitur, coronabit,& præmijs afficiet sempiternis.Terra autem mortuos suos ejiciet,& projiciet.Huc vsque mihi videtur Esaias & ecclesię huius nostræ militantis hic in terris statum,& conditionem, & etiam portum, terminum,finem,miseriarum istarum omnium consummationē persequutus.Et planissimè,vt res nostræ visionibus ejus,& ejus prædictiones nostris perpessionibus: sic planè ejus catastrophe huic consummationi nostræ correspondet.Quare,cùm sic omnes prophetæ,recētes & veteres,in hac vltimâ afflictione consentiant,quam ante di[...] Domini immediatè constituunt,videtur mihi ista afflictio ad fi[...] di potiùs,quàm ad Ierosolymorum ruinam spectare & perti[...]

Tunc si quis vobis dixerit,Ecce hic est Christus,aut illic: no[...] Surgent enim pseudochristi, & pseudoprophetæ,& edent signa m[...] digia:ita vt in errorem inducantur (si fieri potest) etiam electi.[...] vobis.Iam hic mihi videtur servator illos antichristianos,[...] prophetas nobis depingere,quos perstrinxit priùs versu.5.[...] quos tum nominavit;iam manifestare,quorum tum solùm[...] ne quis diceret,Iubes cavere seductores,& pseudoprophetas,[...] les erunt?quæ eorum notæ?quæ doctrina? Ista omnia in sequ[...] bus nobis delineat Servator apertissimè, & per antithesin explicat clarissimè. Eædem planè hæreses hic recensentur, quæ priùs versu.5. ergò ijdem hæresiarchæ sunt: eadem doctrina; ergò jidem doctores:eadem Christi gloria,merita,astricta,alligata certis locis & hominibus; iidem ergò pseudochristi alligantes,astringentes, & quasi ea divendentes.Ac primò,signa dabunt ad confirmandā doctrinam suam,& miracula.Nullum habebunt caput doctrinæ,quin erit miraculo quodam(vt illi apud vulgus prædicant)licet falso, confirmatum & corroboratum.Et hæc nota docet prophetas istos, Antichristianos milites esse.Sic enim docet Apostolus, vbi Antichristum illum nobis ob oculos ponit, his artibus,& impostutis illum autho-

ritatem

ritatem,& sedem,& fidem apud mundum consequuturum: Cuius est adventus,inquit,secundũ operationẽ Satanæ,in omni virtute,& signis,& prodigijs mendacibus,& in omni seductione iniquitatis, in ijs qui pereunt;eò quòd amorem veritatis non receperunt, vt salvi fierent. Vbi illud primò,omni adversione dignũ est, quòd amor veritatis(quam legem Domini David dixit,cum inquit,Lex tua,ô Domine,veritas)solũ saluat,& Satanã,& eius præstigia & apparitiones, (vt nos iam dudũ experti sumus)fugat,& repellit. Secundò, quæ sint operationes istæ Satanæ, & quæ seductiones, docet Apostolus Epist. primâ ad Tim. cap. 4. Spiritus,inquit,disertè loquitur, quòd in postremis temporibus, ἀποστήσονταί τινες τῆς πίστεως, descicant quidam a fide, attendentes spiritibus deceptoribus, & doctrinis dæmoniorum. Hic apostasia illa a fide Evangelii, cuius meminit etiam 2.ad Thessal. 2. Hic doctrinæ dæmoniorum,& seductiones Satanæ, quarum ibidem etiam meminit, vers.9. Et quare istæ dæmonum doctrinæ dicuntur, nisi quòd istas apparitionibus homines docuerunt [illegible] nisi quòd authores ipsi mundo harum doctrinarum exti[illegible]m aliâ authoritate,nullo fundamẽto vel verbi Dei, [illegible]ntur:) nisi quòd, vt Evam Satanas olim faciliùs [illegible]erpentis latebat,qui omnium bestiarum agri [illegible]ur: sic iam nunc eâdem fraude, sed magis [illegible] magis efficaci,abstinentiam quandam crea[illegible]erum licitarum,contra verbum, sub specie [illegible], & beatæ Virginis, hominibus molitur per[illegible]òd Satanæ soli perplaceant hæ doctrinæ, eius [illegible]am impietas hæresis ab initio vsque mundi, ad [illegible]a,illi grata & accepta fuit,) sed quòd in hoc vlti[illegible]ro, quò faciliùs falleret,& magis imponeret imperitis, in personâ propriâ cum satellitibus, se harum magistrum, & doctorem, superstitiosis illis infidelibus exhibuit. Hinc illud Attendere, προσέχειν, subiungit Apostolus, & etiam spiritibus, πλάνοις, non hominibus, quasi doctoribus cælestibus quibusdam, & insignibus.

Sed quænam doctrinæ eorum?Prohibere nimirùm nuptias;abstinere a cibis, quos Deus creavit, vt sumerentur a quibuslibet cum gratiarum actione:& discedere a fide Evangelii: cum Evangelium nuptias inter omnes honorabiles,ideoque licitas pronuntiaverit:cũ cibos omnes, omni tempore, omnibus hominibus mundos docet: quorum omnium legitimum vsum concedit omnibus:abstinentiam volun-

tui (Cadaver meum) resurgent: (Sic enim sonat Hebraicè) Hæc illa vnitas Christi & ecclesiæ suæ. Hinc caput & membra eius. Hinc illa vox ad Saulem persequutorem; Quid me persequeris? Eius cadaver sunt fideles omnes, ille caput eorum. Iam dum, transactis hujus miseræ vitæ fluctibus, cælum cōscenderit, & sensim eos ex his aquis & fluctibus ad se traxerit Expergiscimini, & cātate, qui habitatis pulverē. Nam ros olerum, ros tuus est, misericordia illa matutina, iugis & immensa, quæ iterū formabit, & germinare faciet sicca ossa tuâ, & operâ sterilia, imperfecta, planè indigna celesti illâ gloriâ, quæ revelabitur, coronabit, & præmijs afficiet sempiternis. Terra autem mortuos suos ejiciet, & projiciet. Huc vsque mihi videtur Esaias & ecclesię huius nostræ militantis hic in terris statum, & conditionem, & etiam portum, terminum, finem, miseriarum istarum omnium consummationē persequutus. Et planissimè, vt res nostræ visionibus ejus, & ejus prædictiones nostris perpessionibus: sic planè ejus catastrophe huic consummationi nostræ correspondet. Quare, cùm sic omnes prophetæ, recētes & veteres, in hac vltimâ afflictione consentiant, quam ante diem Domini immediatè constituunt, videtur mihi ista afflictio ad finē mūdi potiùs, quàm ad Ierosolymorum ruinam spectare & pertinere.

Tunc si quis vobis dixerit, Ecce hic est Christus, aut illic: nolite credere, Surgent enim pseudochristi, & pseudoprophetæ, & edent signa magna & prodigia: ita vt in errorem inducantur (si fieri potest) etiam electi. Ecce, prædixi vobis. Iam hic mihi videtur servator illos antichristianos, illos pseudo prophetas nobis depingere, quos perstrinxit priùs versu. 5. notare iam quos tum nominavit; iam manifestare, quorum tum solùm meminit: ne quis diceret, Iubes cavere seductores, & pseudoprophetas, sed quales erunt? quæ eorum notæ? quæ doctrina? Ista omnia in sequentibus nobis delineat Servator apertissimè, & per antithesin explicat clarissimè. Eædem planè hæreses hic recensentur, quæ priùs versu. 5. ergò ijdem hæresiarchæ sunt: eadem doctrina; ergò jidem doctores: eadem Christi gloria, merita, astricta, alligata certis locis & hominibus; iidem ergò pseudochristi alligantes, astringentes, & quasi ea divendentes. Ac primò, signa dabunt ad confirmandā doctrinam suam, & miracula. Nullum habebunt caput doctrinæ, quin erit miraculo quodam (vt illi apud vulgus prædicant) licet falso, confirmatum & corroboratum. Et hæc nota docet prophetas istos, Antichristianos milites esse. Sic enim docet Apostolus, vbi Antichristum illum nobis ob oculos ponit, his artibus, & imposturis illum autho

ritatem

ritatem,& sedem,& fidem apud mundum consequuturum: Cuius est adventus,inquit,secundũ operationẽ Satanæ,in omni virtute,& signis,& prodigijs mendacibus,& in omni seductione iniquitatis, in ijs qui pereunt;eò quòd amorem veritatis non receperunt, vt salvi fierent. Vbi illud primò,omni adversione dignũ est, quòd amor veritatis(quam legem Domini david dixit,cum inquit,Lex tua,ô Domine,veritas)solũ saluat,& Satanã,& eius præstigia & apparitiones, (vt nos iam dudũ experti sumus)fugat,& repellit. Secundò, quæ sint operationes istæ Satanæ, & quæ seductiones, docet Apostolus Epist. primâ ad Tim. cap. 4. Spiritus,inquit,disertè loquitur, quòd in postremis temporibus, ἀποστήσονταί τινες τῆς πίστεως, descifcant quidam a fide, attendentes spiritibus deceptoribus, & doctrinis dęmoniorum. Hic apostasia illa a fide Evangelii, cuius meminit etiam 2.ad Thessal. 2.Hic doctrinæ dæmoniorum, & seductiones Satanæ, quarum ibidem etiam meminit, vers.9.Et quare istæ dęmonum doctrinæ dicuntur, nisi quòd istas apparitionibus homines docuerunt dæmones? nisi quòd authores ipsi mundo harum doctrinarum extiterunt? (Nullâ enim aliâ authoritate,nullo fundamẽto vel verbi Dei, vel eius legis nitebantur:) nisi quòd, vt Evam Satanas olim faciliùs seduceret,sub specie serpentis latebat,qui omnium bestiarum agri sapientissimus dicebatur: sic iam nunc eâdem fraude, sed magis sanctâ, & ad fallendum magis efficaci,abstinentiam quandam creaturarum,nuptiarum, & rerum licitarum,contra verbum, sub specie Angelorum sanctorum, & beatæ Virginis, hominibus molitur persuadere? Non enim quòd Satanæ soli perplaceant hæ doctrinæ, eius dicuntur: (omnis enim impietas hæresis ab initio vsque mundi, ad hæc nostra tempora,illi grata & accepta fuit,) sed quòd in hoc vltimo seculo nostro, quò faciliùs falleret,& magis imponeret imperitis, in personâ propriâ cum satellitibus, se harum magistrum, & doctorem, superstitiosis illis infidelibus exhibuit. Hinc illud Attendere, προσέχειν, subiungit Apostolus, & etiam spiritibus, πλάνοις, non hominibus, quasi doctoribus cælestibus quibusdam, & insignibus.

Sed quænam doctrinæ eorum? Prohibere nimirùm nuptias;abstinere a cibis, quos Deus creavit, vt sumerentur a quibuslibet cum gratiarum actione:& discedere a fide Evangelii: cum Evangelium nuptias inter omnes honorabiles,ideoque licitas pronuntiaverit:cũ cibos omnes, omni tempore, omnibus hominibus mundos docet: quorum omnium legitimum vsum concedit omnibus:abstinentiam

G volun-

voluntariam, vt bravium, proponit capientibus; interdictum, prohibitionem, vt laqueum, vt jugum, εἰς βρόχον, imponit nulli. Hæc fides Evangelij. Huic non attendent mortales; sed spiritibus erroris potiùs, & doctrinis hisce dæmoniorum auscultabunt; & attendent quid dæmones docebunt, non quid Evangelium; quid apparitiones spirituum suggerent, non quid lux Evangelica manifestat. Et hæc sunt illa miracula, quæ jactitant: ista loquentur mendacia. Per hypocrisin, per speciem quandam simulatæ sanctitatis, seducent simplices. Hæ visiones eorum, quas ita venerantur. Hæc iejunia, & illa dura tractatio, & ἀφειδία corporis, quam ita commendant, & apud cæcum vulgus celebrant. Hæc illa signa & miracula præter naturæ legem, & Dei ipsius omnibus concessam libertatem: quorum hic meminit Servator: quibus (si fieri posset) electi etiam fallerentur. κεκαυτηριασμένων τὴν ἰδίαν συνείδησιν qui cauteriatam habent conscientiam, & ineunt rationem, quâ simplices & fallant, & seducant, modò sibi obedientes extiterint, vt religionem quam profitentur, stabilirent, vel vt lucrum potiùs quærerent. Hinc sudare sculptilia, stipites minari, movere, indignari, irasci, loqui, fingere non erubescebant. Et ista conscientiâ propriâ reluctante, populum credere firmiter docebant, & has pias fraudes dicebant. Quid, quod istis magis est impium, magis blasphemum, (sicut a fide dignis accepi) in monasterio Halensi, hoc in vsu habebant, vt mundo persuaderent apud se sanguinem ipsum Iesu Christi rerservari, eundemque ostentare populo solebant? quem tamen anatis, vel similis volatilis sanguine quotidiè renovabant. O impietatem summam! O blasphemiam plus quàm Iudaicam, Sanguinem anatis, vilissimi aquatilis, sanguini illo pretiosissimo Iesu Christi equiparare, pro illo hunc ostendere, & populo divendere! O conscientiam horum hominum verè cauteriatam! O verè versipelles, hypocritas, seductores Satanicos! Si nihil aliud, vel istæ eorum seductiones tam stupendæ, tam certæ, & omnibus jam Dei gratia manifestatæ, omnem reliquam religionis supellectilem, superstitiosam, seductricem, hypocriticam, fallacem esse manifestissimè convincerent. Impostoribus talibus, quis iterùm crederet? Quo tandem supplicio, multò minùs obsequio, digni judicabuntur, qui sic in animarum salute, in sanguine Iesu, in rebus tanti ponderis, volentes & scientes, pecuniolæ scilicet pauculæ

cujus gratiâ, hypocritas agerent? Ista, quæ præcessit, doctrina eorum: ista sequens eorum hypocrisis. Quare, isti sunt ipsissimi illi, quos depingit Servator. Doctrinas istas didicisse ipsos non ab hominibus: sed vel a dæmonibus, vel à spiritibus defunctorum, docent Legendæ eorum. Sed istos nunquam in mundum iterum, vt vivos doceant, reversuros, docet clarissimè Abraham pater ipse fidelium, & Dominus noster Iesus in Evangelio suo. Quare, licet humanâ specie, vel angelicâ apparebant πνεύματα, spiritus isti; dæmones erant naturâ, seductores, & Satanæ ipsius satellites; ijs tamen spiritibus credebant potiùs, quàm verbo veritatis: legem Dei abstulerunt; Evangelium exulabat; illud (veluti sanguinem) semel degustare, nefas ducebant. Hijs verò doctrinis & doctoribus se totos devovebant. Atque hic etiam jure illud annotandum videtur, quomodò spiritus isti semper ad hanc metam collimabant, vt verbo Dei contradicerent, principem illum suum Satanam per omnia referentes. De fructu arboris, quæ in medio est Paradisi, non comedetis, inquit Dominus: non attingetis, ne moriamini. At serpens, Attingite, imò comedite: non moriemini, eritis tanquam dii. Sic nunc Iesus: Non coinquinant hominem, quæ per os intrant: sed quæ ex corde procedunt. Et Paulus: Quicquid in macello venditur, edite: nullus jam scrupulus sit conscientiæ: nullus delectus legalis ampliùs sit vel dierum, vel ciborum. Omnia munda, omnia licita respectu legis Dei: tantùm quid expediat, considerate. Ac matrimonium, vt in lege, sic in Evangelio, honorabile apud omnes pronuntiat Apostolus. Nulla exceptio est vel sacerdotum, vel senum, quemadmodũ nec in lege. At, inquit Satã, Lacticinia tempore Quadragesimæ polluunt: damnat ovum, vinum. At vinum, in quo est ἀσωτία, (teste Apostolo) imò non ejus amphora coinquinat. Nuptiæ laicis quidem, sed non sacerdotibus sunt licitæ. Sic semper divinis mandatis hostis ille se opponit. Et has doctrinas verè diabolicas, miraculis falsis confirmat, vt docent superiorum temporum historiæ. Refert *Pollydorus Virgilius*, cum pastores ecclesiæ Anglicanæ (qui ad illud vsque tempus & vxores, & greges, & possessiones retinuissẽt, ad annũ scilicet Dom. 985.) Dunstano episcopo Cantuariensi, à Monachis cælibatum profitentibus, & a possessionibus, & a gregibus, & a coniugibus disiungerentur, *Anglicanæ historiæ li. 6.*

& Wintoniæ, in conclavi Monachorum coram judicibus de ea re disceptatio ex vtraque parte haberetur; & cum maior pars decrevisset presbyteros illos esse restituendos ad honores pristinos; subitò vocem istam auditam esse, Non benè sentiunt, qui presbyteris favent: & quia ab imagine Christi in cruce pendentis, quæ ibidem prostabat, hæc vox processisse videbatur, presbyteri causâ ceciderunt, & ita res est terminata. Sic (inquit Pollydorus) Monachi ope divinâ, vel humanâ potiùs, (nam multi crediderunt potiùs Phœbi illud, quàm Dei, oraculum extitisse) victoriam consequebantur. His igitur, & similibus fraudibus, pseudochristi isti in mundum irrepserunt. Talia signa & prodigia pseudoprophetæ isti cæcis & stultis mortalibus dabant. Ægrotus quidam de consilio Confessoris, indulgentias emit: posteà mortuus apparuit, astruens has illi plus profuisse, quàm omnia bona, quæ in vitâ gesserat. Iohannes quidam in Scotiâ, sedulus Missæ beatæ Virginis celebrator, cum tandem cessasset, calculo graviter laborans, & in choro inter reliquos iam mutus sederet, apparuit illi beata Virgo, & causam cessationis & socordiæ interrogavit: ille verò calculi dolorem causam esse asseruit. Tum illa, Accipe quod porrigo: & ei in manum calculum dedit: ita ex miraculo pristinæ sanitati est restitutus. Istæ nugæ, hæ fabulæ, indulgentias eorum tam venales, & etiam omnes missatores tam studiosos, & laboriosos fecerunt. Quis nollet tam facili medicinâ opem ferre vulneribus? quis nollet thesaurum, cælestem gemmam, omnium operum bonorum pretium longè superantem, indulgentiam nempè omnium peccatorum, tam facilè, & nullo cum negotio sibi comparare? Talibus prodigijs & signis peregrinationes, & Purgatorium illud suum confirmabant. Cave istas aniles fabulas, (inquit Paulus ad Timotheum suum) qui enutritus fueras verbis fidei. Mosi & prophetis credēdum (inquit Abraham) nec cuiquam vel à mortuis revertenti, imò ne Angelo de cælo, (inquit Paulus) qui præter Evangelium, aliquid afferet novi, in cultu Dei: ei non ave, sed anathema dicendum, inquit Iohannes. Ad legē, & ad testimonia, (inquit Esaias) frustrà ad mortuorum revelationes. Hæc firmamenta fidei nostræ. Valeant illi cum signis his & prodigijs. Sed ad majorē nauseā excitādā aliquas eorū crapulas proferamus. Quidam bonus paterfamiliâs longâ detentus infirmitate, rogavit Dominum frequentiùs, vt moriretur: cui apparuit Angelus, & dixit, Elige vtrum horum velis: aut in hac infirmitate manere per

duos

duos annos: aut in Purgatorio per duos dies. Elegit autem duos dies in Purgatorio. Moritur dein, & anima ejus ad purgatorium deducta est: cumq; ibi fuisset semihoræ spatio, apparuit ei Angelus, qui priùs, requirens quomodò se haberet. Cui ille: credidi Angelos fuisse veraces: in te verò contrarium invenio: siquidem pro duobus diebus, jam septennium hic torqueor: mallem in mundo mille annos omnibus fatigari tormentis, quàm hic vel vnâ horâ tot ardoribus cruciari. Volente igitur Domino, ad corpus iterum deductus est, bienniumq; in languore complens, vitam tandem finivit; & ad purgatorium non est reuersus. Sic isti hunc ignem inflammatum comminiscuntur, non vt homines a peccando deterrerent: sed vt omnes ad indulgentias suas cõmendas allicerent. Et vt iste reversus in vitam veluti testis oculatus earundem pænarum esset futurus. Sic legunt in vitâ S. Antonij, quòd cum quidam rusticus in solennitate cujusdam Sancti, in silvâ operam in secando ligno cuidam daret, & admonitus a quodam vicino, vt cessaret ab opere isto ob sancti solennitatem, respondet; Ita verè is, de quo loqueris, sanctus est, vt lignũ, quod scindo, est lapis: & statim lignum in lapidem mutatum est, qui adhuc in ecclesiâ ipsius sancti, ad ipsius memoriam ostenditur. Hæc Legenda aurea eorum. Talibus miraculis, vel mendacijs potiùs, confirmabant dogmata sua; talibus fabulis occupatas tenebant populi aures; tali cibo, vel filiquis potiùs, pro verbo vitæ, animas paverunt. Ista & similia; sivè fabulæ sint, sivè illusiones, fundamenta erant illius arcis Babylonicæ, bases illius religionis, principia illius meretriciæ superstitionis. Qualia multa etiam historici eorum in Chronicis suis & libris recensent, veluti sanctissima & celeberrima Dei ipsius miracula, & religionis veneranda mysteria: de quibus & vulgus noster adhuc loquitur: videlicet, Hostiæ partes sanguinis guttas stillasse incredulo cuidam Judæo: Vestigia Becketti nostri, adhuc in Sarisburiensi agro conspicua esse: ex Hibernia verò Patriciũ omnia venenosa fugasse. Quæ omnia, licet vera essent, vel majora illis operatus est idem artifex, nempè Satan, inter gentes; vt apud gentes referunt historici. In diebus Numæ Pompilij, narrat Livius (ni malè memini) aruspicem quendam novaculâ cotem scidisse. Et Pharaonis magi (vt testatur Moses) virgas suas serpentes: aquas, sanguinem: & repente ranas per vniversam Ægyptum effecerũt. Quidni in ranis, & araneis, & bufonibus, & in sanguine, & in serpentibus, & in aqua, & in arido, & in pane, ad seducendum, ad fallendum, ad regnum suum stabiliendũ idem iam Satanas ille conetur, o-

 pere-

peretur, præstet, & perficiat? & tamen nisi Iannes & Iambres sunt, nisi magi sunt, nisi mendaces sunt artifices tales. Moses non sunt; manus Dei non sunt: nõ veræ, sed mendaces rerum species, opera eorũ sunt. Devorabat autem serpens Mosis serpentes illorum Magorum: Sic virga oris Domini, omnes ineptias magorum nostrorum: ejus lux õnes eorum tenebras; ejus splendor omnes revelationes, doctrinas, nebulas dissipabit.

Sed prophetiam istam Apostoli scio a se repulsuros veteratores istos, & ad veteres illos hæresiarchas translaturos, quos patres item fateor hoc gladio leviter ferijsse. Sed sic evadere non possunt; propriè siquidem eos percellit prophetia ista. Non enim doctrina illa dæmoniorũ est, quæ dãnat nuptias, vt Tatiani, & similium: sed hæc doctrina dæmoniorũ, scilicet, prohibere nuptias, & easdẽ interdicere quibusdã. Qui aliquid prohibet, probat: sed ejus munus restinguit, & retardat: sic faciunt papistæ; prohibent clericis conjugia, licet probent in alijs. Et de talibus loquitur Apostolus. Eâdem ratione in cibis peccant. Non quòd damnent quidem cibos; sed quòd abstinentiam quandam ex hypocrisi, ob pietatis quandam speciem inducunt, hæreticæ pravitatis damnantur: quasi verò cibus, vel species aliqua cibi jam non Deo commendaret, vel acceptos redderet: cum contrarium Apostolus planè docuerit. Quare, licet impropriè patres, quia ista dogmata futura non prævideran, ad illos antiquos ista applicabant: tamen propriè referuntur ad istos vltimos hæresiarchas, & pseudochristos, qui apparitionibus his spirituum attendunt, & illas magnifaciunt: quia illi hæretici antiqui nulla dæmonum præstigia ad illam doctrinam confirmandã adhibuerunt. Quare, sit hæc prima nota Antichristi, fallacibus scilicet signis & miraculis, non verbo veritatis, errores suos velare, & confirmare.

Si igitur dixerint vobis, Ecce in deserto est: ne exite. Ecce in conclavibus: ne credite. Vt enim fulgur exit ab oriente, & apparet vsq; ad occidentem: ita etiam erit adventus, (vel præsentia potiùs) Filij hominis. Vbicunq; enim fuerit cadaver, ibi congregabuntur aquilæ. Secunda nota Antichristi erit, quòd Christi gloriam, & merita, & gratiam, ad certa loca revocabit. Ecce, inquiet, Christus est in eremo, inter Eremitas & Anachoritas nostros. Languidus es? vulneratus ex corde? oneratus peccatis? illuc peregrinari oportet; istos adeas: ibi invenies Christum, ibi oleum vulneribus tuis, ibi salutem & sanitatem perfectam apud eos reperies; illis largiaris; illi pro te orabunt; in illis spem tuam ponas.

Vel

Vel si istos adire non licet, propter difficultatem itinerum, cellas Monachorum adeas, illis vulnera tua ostendas, confitearis coram illis, in aurem omnia peccata tua effundas; celebrabunt pro te missam; & terras tuas pro cælo, cum jisdem commutes, & tum invenies requiem animæ tuæ; ibi Iesum reperies, ibi certâ potieris salute. At alia longè est Iesu Christi gloria, gratia, virtus, influentia, vigor: alia παρουσία præsentia ejus. Exit vt fulgur per omnem terram, per locum omnem. Cæli enarrant, & delineant nobis gloriam Dei, & firmamentum annunciat, & prædicat nobis opera manuum eius: omnis dies, & nox quælibet suppeditat nobis omnibus sermonem, & materiam laudis Dei. Soli posuit tabernaculum in his ipsis, scilicet cælis: qui tanquã spósus procedit de thalamo suo, & lætabũdus veluti robustus gigas ad currẽdũ viã. Ab extremitate cælorum exortus ejus, & revolutio ejus ad extremitates eorũ est, nec est aliquid quod abscondatur a calore ejus. Talis sol Iesus Christus hîc ab Evangelista nobis depingitur. Fulgur, lumen, virtus, vigor eius non potest coërceri vllis ergastulis, nec vllis cellulis concludi: omnem locum illuminat, omnes ad eum accedentes vbicunq; terrarum sanat, omnem peccatorem, sitientem & famelicum, saginat. Sic enim interpretatur hæc verba D Lucas. Sic erit præsentia, vel adventus filij hominis, inquit Matthæus. Sic erit filius hominis in die suo, inquit Lucas. Quare, parùm aptè, meâ sententiâ, multi hunc versum, hanc præsentiam, hũc diem, ad diem iudicij retulerunt; cum Seruator illâ similitudine, immẽsam eius, veluti fulguris, vim, energiam, virtutem, nullis limitibus, vel cellulis, vel conclavibus comprehensam, doceat. Vt sint planè τῆ ταμιῶν angustia, & τῆς παρουσίας gloria, planè antitheta.

Applicatio Psal. 19. ad hanc rem.

Dies enim Iesu quid aliud significat, nisi quòd Iesus anunciatur, colitur, extollitur, & fide recipitur? Hic dies Iesu. Sic Abraham vidit diem eius, & lætatus est; anunciante nimirùm ei Deo ipso, & prędicante Iesum illum, & semen illud, in quo omnes benedicerentur. Sic Iesus ipse 17 Lucæ; Vt erat in diebus Noæ, sic erit in diebus filii hominis, (id est, in diebus illis, in quibus ille mundo prædicatur,) edebant, bibebant, emebant, in securitate degebant, vsque in diem, in quo Noah in arcã intraverit. Sic Apostolus Paulus, 2 ad Co. 6. de hoc die loquitur; In tẽpore accepto audivi te, & in die salutis succurri tibi. Ecce nunc tempus acceptum: ecce nunc dies salutis. Hic dies salutis, dies Iesu, qui Seruator dicitur. Erit enim Iesus Christus sol æternus, semper præbens lucem, semper salutem omnibus ad illum efferentibus

bus oculos, et animas, vulnera ostendentibus, vt convalescant, in domo ecclesiæ suę, in mundo suo habitabili. Et ejus lux, gloria, cognitio, illuminatio, diem ipsius facit.

Vbicunq; enim cadaver erit, illuc congregabuntur aquilæ. Non in vno aliquo loco, sed vbivis locorum, apud omnes gentes, oderabuntur sagaces aquilæ strages factas, & illuc convolabunt. Sic cælestes aquilæ ad Iesum suum mortuum, cæsum pro ijs, & iam resuscitatum, ex omni loco convolabunt ad eum, vt ex eo solo saginentur, ex eo solo reficiant famelicas animas, & ex eo robur & sanitatem pristinam recuperent. Hic mihi videtur aquilæ natura, & cadaveris hujus, altiùs ponderanda: quoniam horum duorum veluti picturis, & imaginibus, veræ ecclesiæ formam, effigiem, & substantiam Dominus Iesus nobis proponit. Aquila verò (vt referunt Naturæ seduli observatores) regina est quasi inter omnes aues reliquas. Accipiter rapax ille, natus, vt videtur, ad prædam, illa præsente non prædabitur, naturam suam reprimet, & coërcebit, & debitam eidem obedientiam exhibebit. Ista hujus alitis majestas. Ingenium verò ejusdem non minùs mirum. Cōchilibus siquidem vivens, & vndique domos, testas eorum conclusas, & quasi obseratas, intrare non valens, in sublime volans, ex alto in petram durissima licet ἰσχυρότερα dejicere solet, atq; ita perfringere. Iudicium verò ejus, ac quasi discretio quædam, videtur rationalis, vt ita loquar. Pullos implumes educit ad solis lumē: quod si ferre possunt, eos alit vt suos: sin minùs, vt adulterinos è nido dejicit. Sensus verò huius omnium acutissimus. Non in proximo prædatur, sed è longinquo. Et ad hanc naturæ proprietatem videtur Iesus ipse hoc in loco allusisse. Sapientia verò senilis, & celeberrima. Aquila enim iam per senectam curvum nacta rostrum, quò minùs vesci possit, ad petram percutiendo, aduncitatem frangit, & sic quodammodo repuerascit. Asserūt etiam authores, hanc avem solam fulmine non extingui, aut lædi. Oppetit verò mortem non ægritudine, vel senio; sed aduncitate illâ iterū excrescente. Iobus etiam eadem ferè de naturâ aquilarum docet. An ad præstitutum tuum altum petit aquila? an certè attollit nidum suū? Rupem inhabitat, & immoratur in scopulo rupis, & in munitione, vndè pervestigat cibum, oculis eundem a longè videntibus: etiam pulli ejus sorbent sanguinem, & vbi sunt cæsi & confossi, ibi est. David etiam Psal. 103. Qui renovat, tanquam aquilæ, adolescentiam meam. Et Habbac. 1. 8. Accelerabunt hostes illi, veluti aquila festinat ad cōedendum. Eandem etiam hanc velocitatem aquilinam, Hoseas

Pro-

Propheta nobis depingit, c.8,1. cũ inquit: Adhibeto palato tuo buccinã: tanquam aquila veniet citò in domum hostis ille Dei. Dominus verò ipse, ineffabilẽ illam curam, providentiam, & suorum salutẽ, aquilæ nobis typo adumbravit Exodi 19. Et portavi vos super alas aquilarũ, vt servaremini ab omni læsione. Aquila enim altiùs volat, q̃ cæteræ solent aves, suosq; pullos portat in alis suis, vt illos servet: quẽadmodũ dixit Moses Deu. 32, 11. Vt aquila excitat nidũ suũ, pullis suis incubat, pandit alas suas, assumit eos, portat eos super alas suas: Sic, inquit Moses, Deus solus duxit Israëlem, nec fuit cum eo Deus alienigena. Istas proprietates tribuit Scriptura sacra aquilis hisce. Et annon, ferè omnes cõpetunt in cælestes aquilas, in fideles Iesu Christi? Reges sunt omnes omniũ maximi: ingenio, sapientiâ non vulgari, sed cælesti superant: pullos suos parvulos & infantes (vt Timotheũ suum Eunica) sacris literis erudiunt, & verũ illum solẽ Iesũ Christũ intueri, & cognoscere cogunt, & eius iam sanguinẽ sugere docent. Et quẽadmodũ olim Israëlitæ agni Paschalis sanguinis mysteriũ filios suos docebãt: sic hi, quid sibi velit poculũ benedictionis nostrę filios docẽt. Aduncitates verò suas omnes & curvitates, (peccata intelligo, quę sola reverâ curva sunt, & a rectitudine divinæ legis declinant, quæ sola seniũ & mortem adferunt) ad petrã hanc, Iesũ scilicet Christũ allidũt. Hæc sola via, ratio vitæ, salutis, sanitatis. Solę aves istæ fulmine nõ exanimantur. Iustus quidẽ fortis est, vt Leo: nullo malo nũcio deterretur. Cor eius fixũ est: sperat in domino: & renovant pij iuventutẽ suam, vt aquilæ, in senectute florentes, imò, (q̃ de piro arbore etiã tradit Aristoteles) tũ plus fructuũ ferentes. Ista nos aquilæ natura docet. Cadaveris verò consideratio non minùs vtilis. Lucæ 17. Vbi τὸ σῶμα, vel cadaver, illuc cogentur & aquilæ. Non multa statuit cadavera, sed vnum; multas verò aquilas. Sic Moses vnum serpentem erexit in eremo, salutiferum veteribus illis Israëlitis: non vnum magnum, alios minores. Sic vnum Iesum, nostrum Servatorem, morsuum illius veri serpentis sanatorem, Evangelium proponit, Ioh. 3. 14. Sic Petrus Act. 4. 12. Non est aliud nomen sub cælo datum hominibus, in quo oportet nos salvos fieri. Veri fideles omnes ex hoc cadavere vnico famelicas animas explebunt: ex intuitu huius vnius serpentis, sanatos sperabunt & habebunt omnes morsus, & conscientiarum remorsus: per hoc vnum nomen, salutem, remissionem, opem, omnia denique consequentur & obtinebunt. Hæc sola nota fidelium in fine mundi. Vt Israël olim ille verus solo manna contentus e-

Lib. 1. de Plantis.

 rat,

rat, cæteri cibos delicatiores, ollas ſcilicet AEgyptiacas deſiderabant : ſic nunc panem hunc cæleſtem, aves cæleſtes deſiderant, illo ſolo ſatiabuntur, & contenti erunt. Indulgentias, id eſt, ollas illas AEgyptiacas, grana benedicta, voluptuarij noſtri concupiſcent : ſed in eremo morientur. Injuria eſt maxima Ieſu noſtro, aliquam quærere medicinam vulneribus noſtris, præter ejus ſanguinem, quem ille tam largiter, tam copioſè pro nobis effudit: quoniam eius vulneribus ad perfectam ſanitatem reſtituimur;& eius plagis reducimur ad ſalutem.

Quare, hic mihi videtur Ieſus Eccleſiam veram & genuinam à Synagogâ illâ Antichriſti duabus notis diſtinxiſſe, quòd iſta Chriſti merita ad certos tantùm locos accommodet, & perſonas: illa verò (vt ſolis ſplendorem) vniverſalem illam & omnibus communem ſalutem prædicet : tum etiam, quòd hæc ſuos fœtus, pullos, filios vermibus, ranis, & ſimilibus reptilibus paſcat : illa verò, ſolo cadavere illo vnico ; ſolâ Ieſu Chriſti morte & merito ſuos reficiat, & foveat. Reptilia ſunt, ranæ ſunt, muſcæ ſunt, ſordida, lutoſa, immunda, omnia merita fraterculorum, omnes miſſæ, omnes preces, quas illi ſolebant divendere egenis peccatoribus, & per chirographa ad maiorem certitudinem, ſub ſigillo fraternitatis & ordinis ſui, eiſdem confirmare. Qualia iam conſignata chirographa multa conſpiciuntur; ſcilicet, vt hic & poſteri, omnium meritorum, precum, & jejuniorum domus, & ordinis illius, forent participes. Reptilia ſunt iſta merita, & iſti mercatores ſtulti. Non ſic prudentes virgines apud hunc Matthæum noſtrum, oleum ſuum vendebant; ne fortè ſibi & alijs non ſufficeret. Nam ſciebant ſe ſervos inutiles eſſe, cùm omnia præſtiterunt. Obliti verò ſunt iſti eius petitionis quotidianæ, Dimitte nobis debita: cum adeò divites eſſe volunt, vt & ſua debita, & aliorum poſſint perſolvere.

Aquilæ veræ, id eſt, fideles omnes, ſolâ Ieſu Chriſti morte oblectantur, eius meritis paſcunt animas, eius ſolo ſanguine lavant ſordes, eius fide animos firmant, & mundant conſcientias : nec gradus ad altare hoc faciunt, ne ſordes ſuæ appareant. Ad eum primò accedunt, non per iſtos monachorum gradus, vel fratrum ordines. Pedes ſanctiſſimorum ſordidi. Tales gradus ad altare ſuum Dominus prohibuit, & interdixit. Hæc docent nos aquilarum & fulguris parabolæ. Aquila non capit muſcas, inquit proverbium : illi muſcas

planè

planè venantur. Aquilę sunt Iesu Christi omnes fideles: Iesus fulgur est. Quis illud in domo concludere? intra parietes quis potest coercere? At hoc illi conantur. Ecce in deserto est: ecce in conclavibus, (inquiunt.) Ista juxta literam nemo tam stupidus est qui accipiat. Quis crederet Iesum Christum iam, vt olim Iohannes, in eremo degere? vel in cellâ aliquâ penuariâ delitescere? Ista ne Iudæi crederent. Ista ab illorum regis magnificentiâ magnoperè abhorrent. Sed alius sensus quærendus est, vt fulguris & aquilarũ allegoria præcedens docet.

At primùm, videte annon ταμεῖον illud, eorum cellas planissimè nobis exprimat? Significat enim vt promptuariũ, sic cellam, conclave, secretum cubiculum, sive intima ædium. Ac prima significatio domus penuariæ, vel promptuarii, ad Christum referri non potest. Quis enim illum in promptuario concluderet? Ergò necessariò secunda significatio hic accipienda est. Ergò in conclavibus, in cubiculis interioribus, (sic enim illi cellulas vocabant, & habebant) Iesus statuendus est, & a quibusdam falsis Christianis in illis quasi detinendus. Illos verò Iesum sic apud se detinuisse, quis ita sensus expers est, vt sentiat? Prophetia verò ista adimplenda est: & aliâ ratione adimpleri posse vel inter nos, vel apud subsequentes in tantâ luce, & omnium hominum intelligentiâ, quàm est credibile? Ergo vt nomina Eremitarum & cellarum; sic prophetiæ de Antichristi membris, in illos planè cadunt, & in nullos alios. Hebraicè verò vox *Keder* rem planiorem facit: significat enim cubiculum, locum secretum, conclave, penetrale. Hinc Benhadad rex Syriæ iam in fugam versus, ingressus est civitatem e conclavi in conclave. Sic 16. Iudicum, insidiæ illæ, quæ Sampsonem manebant, in conclavi, vbi requieverat, erant. 1. Reg. 17. Et ingressa est Bethsabe ad regem in conclave. Rex enim senex valdè, & Abisag Sunamitis ministrabat ei. Hinc colligitur *Keder*, (quo nomine in Evangelio Hebraicè conscripto, nomen hoc ταμεῖον nobis exprimitur) significare locum aliquem secretissimum, conclave dormitoriũ, vbi homines requiescere solebant.

Sed quid ista in mediũ profero? Iesus ipse, optimus sui ipsius interpres, sic nobis ταμεῖον definit, Matth. 6. Locum nempè secretissimum, quieti, precationi, meditationi destinatum. Sic enim inquit: Tu verò, cùm precaris, intra in conclave tuum, εἰς τὸ ταμεῖόν σου, & clauso ostio, precare Patrem tuum qui est in occulto, (nõ beatã virginẽ, non Mat. 6. 6.

 sanctos,

sanctos, non patrem ob oculos depictum) & Pater tuus,qui te vidit in occulto , reddet tibi in propatulo . Hic & quid ταμιεῖον significet in Evangelio, & quis demùm orandus,apertè expressum habemus. Et annon tales fuerunt cellulæ eorum , in eosdem vsus destinatæ ? Proferant, si possint , in quos alios hæc Prophetia,& hęc vox tam apertè referatur ? Annon vnusquisque ordo eorum Christum apud se habere prædicabat? annon etiam domos suos meritorum thesaurarium (vt ita dicam) omnes affirmabant ? quasi Christi merita, & beneficia apud se racondita haberent. Annon ista populo imperito persuaserunt ? adeò , vt salus esset morientibus , vel intra septa eorum jam contineri, vel eorum cucullis sepeliri, & inhumari.

Erasmus oculatus testis ista testatur, & ita hunc locum interpretatur nempè ταμιεῖον de cellis Monachorum, in Annotationibus suis super hoc ipsum caput.

Apocal. 9.

Si quis a me quærat,quænã harmonia huius interpretationis meæ cum reliquâ Scripturâ,& num alibi hoc nomine designentur monachi,& fraterculi isti : respondeo , quòd alibi sacræ literæ horum faciant mentionem,Iohannes enim asserit in Apocalypsi , post lapsum stellæ,& datam ei clavem abyssi, profilijsse ex illis tenebris in mundum locustas,quæ huc & illuc saliunt:quæ alatæ, veluti cælestes essent,& tamẽ reverâ terrestres sunt:quæ antra sua habẽt,cellas,secretiora penetralia:& istas veneno suo nocuisse mortalibus , & harum venenum tam dulce fuisse,vt homines id ipsum appeterent , & tamen ex immensâ Dei misericordiâ mors ab ijs fugeret. Annon ista omnia cadunt in Monachos istos,& consentiunt planè cum D.Matthæo in evangelio suo loquente de vagationibus scilicet eorũ,& peregrinationibus,&quasi locustarum saltationibus;Ecce hic est Christus,& illic est Christus:de antris & cellis eorum , de veneno heresêôs eorum , de veneno animarum , de traditione & doctrinâ falsæ salutis,& alterius Christi , quàm nos in evangelio eius didicimus, & tandem de incredibili illo amore & zelo , quo illos homines prosequebantur ? Quàm avidè hauriebant aquas eorum? quàm facilè credebant illorum delirijs ? quàm firmiter vanis miraculis & figmentis eorum confidebant? Annon ista manifesta harmonia Evangelij , & Apocalypseôs ? Iesu docentis in terrâ , & idem iam demonstrantis è cœlo?

At hoc in loco objicient,sat scio,Eremitas olim egregios viros fuisse,& Monachos illos veteres citabunt, & patrum etiam quorumdam scripta in laudem vitæ monasticæ producent. At Deus bone, quàm parùm ad rem! Erat Pharaoh , qui colebat Israelitas, & Iose-



Iosephum:successit verò, qui ignoravit & Israëlitas,& Iosephum: qui quã acerbissimè populũ Dei persequebatur;& tamen loco,& nomine consẽtiebãt. Tales Eremitæ,& Monachi illorum, si cum veteribus illis comparentur. Veteres enim illi divinis rebus solis intenti erant, Scripturarum studijs & meditationi operam dabant, precibus perpetuò in sistebant, corpora jejunijs macerabant, manibus victum quærebant, hominum cætus & frequentiam declinabant; divitias, vinum, epulas, vt Satanam ipsum, exhorrescebant: solitudines, non civitates, non locorum amœnitates, vndè sibi nomen comparabant, amabant. Tum floruit vitæ monasticæ institutum. tum Monachi verè Monachi; tum celebres & laude digni. Et hoc vitæ genus duntaxat persecutionis tẽpore, præcipuè initium habuit: & cum non liceret in civitatibus servire Domino syncerè, tum ad illas solitudines adigebantur. Quo vitæ genere postmodùm delectati, non deserere quidem libenter & sponte vellẽt. At nostri Monachi ijs planè diversi ac dissimiles, secularibus intenti erant. Solas arborum insitiones ac plantationes assiduè curabant: Paradisum, arbores Domini, planè negligebant: Scripturas Domini ne in manus quidem sumebant; sed Postillas (nescio quas) & legendarum fabulas terebant. Precibus insistebant, at sine intelligentiâ, sine sensu, sine fide. Curabant cutem, otio affluebant, & virgulâ (quod aiunt) divinâ omnia sibi subministrata habebant: et tamen avari, avidi erant, & insatiabiles, nunquam expleti: quotannis novas terras, ecclesias, & earum possessiones acquirentes, & (vt loquuntur vulgo) sibimet impropriantes, verum nomen huic injustæ acquisitioni suæ, licet ignoranter, imponentes: impropriè siquidem ad eos decimæ aliarum ecclesiarum spectabant: ad pastores enim, non ad vicarios eorum, propriè pertinebant: quæ adhuc aliorum gulæ & libidini, non sine multarum animarum scandalo & periculo, inserviũt. Quare, facessant omninò veteres illos monachos vrgere, quorum vestigijs minimè insistunt. Quod verò vrgent ad institutum monachorum corroborandum (si fieri possit) præceptum Iesu de mundo contemnendo, de abnegatione sui, de odio animæ: illud non monachos solos, sed Christianos omnes, omnes Christi discipulos attingit. Quare, ineptè & falsò ad institutum eorum hasce scripturas converterunt, nisi se volunt solos Christianos, se solos Iesu discipulos, cæteros verò õnes infideles & reprobos pronunciare. Et item illud Servatoris ad juvenẽ illum lascivientem, & suis meritis elatum, frustrà ostentant, cui dixit Iesus, Vende omnia, quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurũ in

in cœlis. Accedit huc, quòd peculiare erat huic iuveni sese meritorum multitudine efferenti, quemadmodum ex sequentibus facilè inveniemus: Cur me dicis bonum? Nemo bonus est, nisi vnus Deus. Vade, & vende quæ possides, & da pauperibus. Sicut ergò illo primo dicterio, Cur me dicis bonum? &c. Salvator eũ solum reprehendit, ejusque incredulitatem, (quam ille planè noverat) tacitè illi subindicavit: sic hoc, Vende omnia quæ habes; ejus solius avaritiam, tenacitatem, & concupiscentiam notauit, & quasi postremò (si fieri posset) occultum illud & latens virus in ejus visceribus, hoc cultro suo voluit emittere. Non enim illa plurimarum rerum possessio, illa abundantia, & impletio omnium mandatorum legis, vnà simul stare poterant. Quare, quæ ejus animæ ægrotanti pharmaca Saluator adhibuit, sibimet vt videri volunt perfectis, vel omnibus in genere Christianis non conueniunt. At quàm verè hoc mandatum illi præstiterunt? Vendunt quidem omnia, & dant pauperibus, vt omnium rerum affluentiam iam consequantur. Vendunt micas quasdam, vt possideant minas: renuntiant sæculo huic duro, & afflictionibus, & malis plurimis referto, vt Sodomam omnibus voluptatibus abundantem, veluti paradisum Domini, recipiant. Bona commutatio; venditio sapiens. Quis non ita venderet omnia quæ haberet, vt omnia ad placitum obtineret? Quis non sic abrenunciaret sæculo, vt iam quasi in cælum quoddam ex terrâ ascenderet? Nam beata planè vita eorum videtur, si gaudia, solatia, voluptates mundi hujus consideremus. At væ illis, qui hîc habent gaudia, solatia, & voluptates. Non enim possunt hic regnare, & cum Christo Iesu sedes cælestes possidere; non possunt hic ridere, & in cælo triumphos agere; quia, quemadmodum inquit Hieronymus, impossibile est hîc implere ventrem, & ibi mentem, & de delicijs trãsire ad delicias. At vouere (inquiunt) licet, & vota in lege fuerunt præcepta, & a Nazaræis quoddam votum exigebatur; ergò & eorum instituta & vota licita omnia. Rectè quidem, vota quædam & præcepta, & licita extiterunt: at non omnia; nisi quæ in legis finibus cõprehẽsa continebantur. Vouebant impiè facinerosi illi Act. 27. cædem Pauli, priusquam aut cibum, aut somnum caperẽt. Vouebat temerè Iephthe Domino sacrificium, quicquid ei primò exierat obviam. At votũ hoc planè impium. Petrus etiam inconsideratè, & nimis confidenter vouebat, cum diceret, Etsi omnes offenderentur in te, ego nunquam offendar. Quare, omnia non sunt vouenda, nisi quæ in lege scripta,

ta, quæ Deo accepta, & quæ in nostrâ sunt potestate posita, & collocata. Quis inter nos tam stupido & inconsiderato esse solet animo, vt obligari se in rebus humanis pateretur, multò minùs in diuinis, si impares aut vires ad sustinendum tantum onus, aut minores facultates ad persoluendum debitum sciret, & cognosceret? Hinc Cyrillus in Petri abnegationem: Tutiùs faciemus non vouentes, quàm vouentes ea, quæ reddere potestatis nostræ non sunt. Legimus reverâ vota multa in Lege: at nunquam legimus cælibatus votum. Et cùm Ecclesia Christi libera sit, vt Sarah; illa verò Synagoga ancilla in seruitute, vt Agar: an huic grauissimo jugo se submitteret, quod ne serva illa vel ferebat, vel sustinebat? Paulus non audebat cuiquam virginitatem præcipere, ne cuiquam laqueum inijceret, ne author ruinæ & lapsus cuiquam foret: illi verò præcipiunt juuenibus, virginibus, sacerdotibus, & quodammodo extorquent, & eos juramento & voto ad hoc ipsum, ne desciscerent, constringunt. Annon hujusmodi votum laqueus, imò planè jugum? Nazaræorum verò votum illud, eos planè impietatis conuincat. Illi enim ad tempus quoddam vouebant; isti in æternum, dum vivunt: illi a rebus medijs, & in sua potestate positis; qualia sunt bibere vinum: radere comam: attingere, vel lugere mortuos: (Hæc enim præcipua sunt capita voti illius) isti verò contrarij sunt in vitâ & in votis Nazaræis illis: bibunt vinum affatim, radunt barbas, & capitis coronam, & mortuorum exequias præcipuè celebrant. Hinc notantur a quodam scitè & verè, & perstringuntur etiam ab illo Pierso agricola, qui carmina scripserat hoc problemate: Cur apud eos baptizati pauci, & tam multi sepulti, cùm baptismus sit religionis pars quàm sepultura bonoratior, & magis necessaria? Quia, inquit, nascimur pauperes, & diuites morimur: & isti, vt corui, cadaueribus insidiantur, his insident. Funera ergò curant, ad hæc currunt, vt ventres impleant, vt terras, possessiones, & opes a mortuis acquirant. Et adeò avidè alienas res captant, vt nullum conscientiæ scrupulum existiment, aliena ab hæredibus, a filijs, a viduis, & orphanis rapere, venari, & extorquere.

Nec monialibus quicquam illud viduarum collegium ab Apostolis institutũ, patrocinatur, si probè singula põderentur. Quã sunt enim dissimiles? Primò, oportet vt illud collegium nullæ nisi viduæ ingrediantur; illi virgines solas deligunt: secundò, pauperes: (nam si quis fidelis viduas habebat, ijs ipse suis facultatibus subueniret, ne

 eccle-

ecclesia Dei oneraretur)illi divitum, & magnatum filias seducunt, quas in monialium collegiũ cooptarent: tertiò,quæ solitariæ essent, quarum spes in Deo,quæ perseveraverunt in precibus die & nocte,e ligi deberent,vt tum demum Deo inservire inciperent:tum quæ testi monium habuerant omnium operum bonorum:quę humiles,sancto rum lavantes pedes,in afflictos misericordes,subvenientes egenis,õ-nis operis boni sectatrices:postremò,eligendæ tales,& cooptandę in hunc finem,vt sustentarentur ecclesiarum facultatibus,ne paupertate premerentur, vt Domino deinceps per omnem vitam(cum Annâ) liberæ,non ligatæ,non coactæ,sed tamen castæ,pudicæ,piæ,puræ inservirent.Istæ viduæ Apostolicæ.Iuniores verò illas,quas illi solas de legerint,jubet vitari Apostolus,& ne volentes, in hunc ordinem admitti;nuptias illis permittit,& maritum concedit, qui harum curam gerat,&hisce prospiciat Et rationem subdit:Cum lascivierint siquidẽ aduersus Christum,tum demùm nubere volunt:damnandæ,quòd pri mam fidem rejecerint.Secundam hic fidem dixisset Apostolus,si votum intellexisset.Sed ideò damnandas dicit,quòd luxuriosè lascivien tes contra Christum,nubere volunt,primam illam sponsionem de ab renunciando Satanâ,carne,mundo,violantes.Hæc est sine dubio prima fides.Lascivientes verò vel virgines,vel vxores,vel viduæ, hanc fi dem violant. Non est enim matrimonium lasciviæ causâ institutum, sed procreationis: non veluti voluptatis carnis matercula, sed infirmitatis nostræ medela.Quare,conjuges luxuriantes,cum Saræ filiæ Raguelis maritis damnantur.Et in laqueos incidunt tales Diaboli:licet nuptiæ licitæ,& votum nullum intercesserat.Luxuria rumpit primam fidem:non simpliciter nuptiæ.Quare, nihil hic locus ad monialium vota facit:sed viduæ istæ sunt illis omninò dissimillimæ.

Tales viduę erant Chrysostomi ętate plurimę in ecclesiâ Antioche nâ,quę ecclesię facultatibus sustinebantur liberè,sine voto illo casti tatis viventes.Chrysost.enim Hom. 33. ad pop. Antiochenũ sic loquitur:Ecclesia vnius vltimorum divitum,& non valdè locupletum, habens proventum,quot per singulos dies viduis sufficiat,quot virgi. nibus, cogita. Nam ad trium milliũ ascendit numerum earum catalo gus,præter incarceratos,peregrinos,& in xenodochio constitutos,& nihil tamen ecclesię de substantia diminutum est.Viduę istę sine vo to erant,cum ne sacerdotes Gręcię adhuc illud votum vnquam susce perunt, vel adversarijs ipsis testibus.Ergo ab Apostolorũ temporibus nec primatus,nec cęlibatus,nec ignis purgatorius, vt salutis & fidei

arti-

articuli in ecclesiâ Dei regnaverunt, cum istos omnes articulos ecclesiæ Græciç nec aliquando, nec adhuc receperunt, vel admiserunt. Hicq; habemus apertissima exempla earũ viduarum, quarum illic Apostolus & instituta, & documenta tradit. Hic praxis ecclesiæ, & præceptũ Apostoli inter se consentiunt.

Imò videant potiùs, ne illa eos constringat prophetia, q̃ habet Apost. 2. ad Timoth. cap. 3. In vltimis diebus erunt homines sui amantes, avari, gloriosi, superbi, maledici, βλάσφημοι, parentibus immorigeri, ingrati, impij, non sancti, sine naturali illo affectu, ἄστοργοι, Stoici planè, fœdifragi, calumniatores, intemperātes, immansueti, immanes, feri, minimè amantes bonorũ, proditores, præcipites, inflati, voluptatis q̃ Dei potiùs amatores: habentes formã illam pietatis & religionis, μόρφωσιν εὐσεβείας, illam externam speciem: sed abnegantes planè vim, energiam, & efficaciã eius. Ista prophetia & ad vltimos dies, & ad nostra refertur tempora; nec tam laicos, quàm religiosos respicit. Et animadvertite, quæso, in quos omnes hæ ferè notæ quadrent, & aptissimè conveniant? Annon primò Abbates, & isti monachi avari fuerunt, & inexplebiles, qui non modò terras principum & populi, sed ecclesiarum appropriatas (vt sic loquar) velint? annon operum suorum plus, quàm Pharisæi, erant gloriosi ostentatores? annon blasphemi in Deum; eius honorem alijs, & multis impartientes? annon immorigeri parentibus? a quorum jugo & potestate ordine suo se exemptos credebant. Isti etiam ordines, vt illud Corban Pharisaicum Iudæos, sic Christianorum filios emancipare credebant. Annon hypocritæ fuerant sine verâ sanctitate? annon sine naturali affectu & compassione? annon intemperantes, & in omni genere voluptatum volutantes? annon inhumani, feri, & agrestes, peccantes fratres crudelissimo mortis genere, & inaudito planè trucidantes? annon proditores in patriam & in principem? Historiæ veteres & recentes facta eorum loquuntur. Annon formam & speciem tantùm religionis habebant? Certè omnis eorum religio in formâ exteriori, in specie tantùm, & in habitu erat: intus siquidem athei planè, impij, omni Dei cognitione vacui erant. Sed sunt ista levia, & facilè fortassis volunt abluere. Sed quod sequitur, acriùs illos vrget, & eisdem adhæret propiùs, nec tam facilè refutabitur. Ex his sunt (inquit Apostolus) qui irrepunt in familias, ἐνδύνοντες, ingredientes, subeuntes, irrepentes, vestitu & habitu suo: (verbum enim & ingredi, & habitu indui significat:) & captivas ducunt γυναικάρια, non mu-

lieres, sed mulierculas, juvenes illas, onustas peccatis, actas cupiditatibus varijs; semper discentes, sed quæ nunquam ad cognitionem veritatis pervenire possint. Et annon isti mulierculas, puellas, familias, sub prætextu habitus sui, ab obedientiâ parentum, ad ordines suos allexerunt, & quasi in captivitatem quandam maximam, ac planè inexplicabilem induxerunt? Et sic seductas, & onustas peccatis, & æstuantes libidinibus dimiserunt, dum pietatis & religionis illis quandam cognitionem & scientiam pollicentur, quam tamen nunquam præstabunt, vero lumine verbi Dei illas privantes. Semper discunt per omnem vitam, & nunquam ad cognitionem veritatis venire possunt: quæ illis planè interdicta, & prohibita est. Sed quare? Quia currunt extra viam, Iesum scilicet Christum: quia veritatem eius, id est, Evangelium non tractant, non amant, ideoque nec cognoscent, quæ ad vitam æternam spectant. Homines autem ipsi, doctores earum postremò depinguntur per comparationem Iannis & Iambris, qui resistebant Mosi: quia habebant illi in similitudine, quæ Moses in veritate. Sic serpentes eorum erant virgæ: aqua, sanguis: ranas etiam efformabant. Sed virga Mosis devorabat serpentes eorum. Præstigiatores enim erant: visum tantùm fallebant: species tantũ rerum ostentabant, non res ipsas. Sic præstigiator ille antiquus Satan, præstigiatorem semper agit: species ostentat rerũ, vt ignorantes falsâ rerũ specie fallet. Sic speciem serpentis in paradiso, speciẽ Samuelis in Iudæâ, speciem Angeli in mundo, ad fallendos mortales assumet. Sic omnia in specie exteriori religionis simbola, & mysteria habebãt illi: albas vestes, pedũ pastorum, tintinabula legis, thus redolens, musicam cælestẽ: sed omnia larvæ erant, veritati resistebant, verbo Domini contradicebant, illi parere nolebant, quemadmodum et nec illi priores Iannes & Iambres, sed eidem restiterunt. Sed non procedent longiùs, non in ęternum permanebunt locustæ istæ, & præstigiatores isti: sed in infernum præcipitabuntur. Inscitia, stupiditas, hypocrisis, & omnes eorum fraudes tandẽ omnibus manifestabuntur, & dissipabuntur.

Statim autem post oppressionem dierum illorum, sol obscurabitur, nec dabit luna splendorem suũ: & stella cadent è cælo, & potestates cælorũ concutientur. Hæc verba docent sicut superiùs annotavi, afflictionem illam superiorem tam sævam, tam truculentam, tam inauditam, ad finem mundi, & non ad excidium Ierosolymitanum referendam esse: & etiam

am Iesum intermiscere, quæ ad vtriusq; statum & conditionem pertinerent, & quędam proponere & explicare fusiùs, & quasi vnius corporis mēbra inter se connectere & conglutinare: sicut limare solent fabri ferrarij opera sua, & pictores figmenta sua sucis quibusdam, & coloribus polire. Hinc discimus hoc certū & decretū esse, Ecclesiam veram, veros professores verbi, veram illam Ierusalem, ante finem, in maximis periculis & angustijs futuram esse; & tantam etiam futuram fraudem, & dolos Satanæ, vt vel electi (si fieri posset) fallerentur. quid ergò miramur, si mundanos illos, si tenebriones, si illos, qui ad evangelium claudunt oculos, seducat, & irretitos teneat? Omnē iam movet lapidē impius ille: pugnat dolo, fraude, & aperto (quod aiūt) Marte: omnes copias cōscripsit, omnes opes collegit, ōnes artes profert in mediū, vt illam mulierē parturientē, infirmam, nudam armis, & arte, vt colūbam illam inermen, & mitē premat, & opprimat. Et quomodò aliter fieri potest, illo tantopere sęviēte, quin illa gravissimè affligatur, maximè turbetur, ac in summū periculū, ac discrimen adducatur? Illa, inquam, quę clamat, Auxilium meum in nomine Domini: illa, quæ profitetur, Non in arcu, vel in gladio terram illam acquisivi: sed dextera tua, ô Domine, & robur tuum, & potentia tua debellavit hostes meos; donavit me Cananæâ illâ; donavit me dote tam insigni, terrâ affluente lacte & melle. Illa est veluti David puerulus, ad Goliathum gigantem: veluti Abel pastor, ad Cainum illum impium: veluti Iudith mulier vidua, ad Holophernem armatum: veluti Iacob simplex, peregrinus, & exul, ad Esauum superbum venatorem, domi suæ cōmorantē: deniq;, tanquam Iesus ipse homo, imò opprobrium hominum, & contemptus populorum, ad Herodem impium illum, & cohortem illā militum ferocem. Et hæc eius est conditio futura in æternum. Non est discipulus supra magistrum: non est sponsa meliori loco futura, q̃ spōsus: inimicitiæ illæ, quas Dominus statuerat inter serpentē & mulierem, perpetuæ erunt, sine inducijs, sine fædere, sine reconciliatione. Nō Iesus modò & Apostoli arctum iter illud tenentes, ingressi sunt cælum: sed & omnes eorum successores eidē debent insistere, si tandē in fine cum illis eòdē pervenire cupiant. Papa, cū suis, (qui est supra magistrū) non est discipul⁹. Qui fideliū vestigia nō sequūtur, nunquā pervenient ad finē itineris. Qui vitā lætā, latā viā, spatiosā, & ōnibus bonis affluentē, cōcessā sibi arbitrātur, ad huius terminū in fine, ad huius diversoriū in nocte. i. ad perditionē & interitū devenient. Lata est enim via, inquit Iesus, quæ ducit ad interitum.

Et cum ecclesiæ Christi navicula per totum navigationis suæ cursum his ventis & procellis agitanda sit; tum vel maximè, cùm portui appropinquaverit: tum enim omne virus suum evomet in illam serpens ille Leviathan, qui lætatur in aquis: aquam ex ore suo, tanquam flumen, post mulierem ejiciet, vt eam planè flumine isto obrueret, & demergeret. Sed terra succurret mulieri, & absorbebit flumen quod ejecit draco ex ore suo: id est, Iesus Christus, qui in terram descenderat, & terram induerat, & in terrâ dormiverat, & iam in cælo cum terrâ regnat in æternum; ille, inquã, solus potens est absorbere, & compescere, & sedare omnes fluctus istos. Et
Apoc. 12. 18 post illam magnam procellam, & tempestatem, visus est Iohannes eo loci, ereptus nimirùm e medijs hisce fluctibus & maris inundationibus, in arenâ littoris constitui, & in portum securitatis, & in Ierusalem illam cælestem, id est, in terram pacis deferri, & in cælesti beatorum regione collocari. Et hoc est illud, quod hic subjungitur: *Statim post afflictionem dierũ illorum sol obscurabitur, nec dabit luna splendorem suum, & stellæ cadent e cælo, & potestates cælorum concutientur.* Hæc summa est: Omnes creaturæ agnoscent Deum suum; omnes creaturæ ad ejus præsentiam contremiscent; omnes creaturæ illi advenienti obsequium & reverentiam exhibebunt; & ad tribunal illud tremendum omnes homines citabunt; omnia, mundana, terrestria, cælestia, infernalia, tum commovebuntur. Terra ipsa, (quam totam immobilem finxerunt Philosophi) tum loco suo movebitur. Sol, qui sic firmiter cursum suum tenet, qui periodos ortus, & occasus per omnes ætates custodit, consistet. Luna, quæ mutatrix omnium dicitur, iam ipsa planè mutabitur. Stellæ ipsæ, quæ nil care quandoque oculis videntur, iam a sede, & statione suâ dimovebuntur. Poli illi, Arcticus scilicet & Antarcticus, de loco suo cedent; & omnia dignitates, locos, status, stationes, conditiones, cursus, munera, officia deserent planè, & derelinquent, vt coram hoc magno Rege appareant, vt apud eius tribunal sistantur, vt illi homagium suum (vt sic dicam) honorem, & debitum præstent obsequium.

Tunc apparebit signum filij hominis in cælo. Tunc, qui dixerunt, vbi est promissio adventus eius? tunc, qui cum improbis illis servis in corde suo dixerunt, Edamus, bibamus, Dominus tardabit adventum suum: tunc, inquam, increduli, irrisores, procrastinatores, (quod & reges nostri ante se habere solẽt,) signũ certũ, clarũ, evidẽs, & manifestũ con-

conſpicient adventus ejus: tum ſcient certo certius Chriſtum venturum: tum plangere incipient pro peccatis ſuis, incredulitatem ſuam lugere, oſcitantiam deplorare, duritiam cordis ore proprio condemnare. Sed fruſtrà, quia nec veniæ, nec miſericordiæ locus vllus relinquitur. Signum autem iſtud quale, vel quidnam fuerit, non poſſumus nos certò definire: quia Dominus illud nobis non aperuit. Signum tamen futurum aliquod improbis hiſce, ex hiſce verbis evidentiſſimè colligimus. Viſus eſt poſt diſceſſum ſuum è terra iſta, Dominus Ieſus, à Stephano, & a Paulo, & a Ioanne: & in omnibus illis locis ſic legimus. Et cum plenus eſſet Stephanus fide, & Sācto Spiritu, intuitus eſt cælum, & vidit gloriā Dei, & Ieſum ſtantem ad dextram Dei. Et Paulus iter faciens Damaſcum, repentè, circumfulſit eum lux de cælo, & cum cecidiſſet in terram, audivit vocem, Saul, Saul, quid me perſequeris? Et idem repetit cap. 22. Evenit autem mihi iter facienti, circa meridiem, vt repētè è cælo circūfulſerit me lux multa: cecidiq; in ſolū, & audivi vocem, dicentem, Saul, Saul, quid me perſequeris? Porro, qui mecum erāt, lucem quidem viderunt, & expauefacti ſunt, & ſteterunt attoniti, quaſi ſaxa, ita vt movere ſe nulla ex parte poterant, (vt nono capite annotatur.) Et de hac viſione etiam iterū mentionē facit cap. 15. ad Corinth. 1. Vltimo omnium viſus eſt mihi, veluti abortivo. Illa ergò gloria Dei, lux illa incomprehenſibilis, quæ Paulum circumfulſerat, fuerunt ſigna pręſentiæ Ieſu Chriſti, quæ ita vt lapides attonitos reddiderunt cōmilitones Pauli. Quæ etiam, Ieſu iā reſurgente, & pręſente, milites illos ſepulchrū cuſtodientes, armatos, ac animoſos, veluti mortuos reddiderunt, & obſtupefecerūt. Ieſum Chriſtū hic in terris transformatum, ante diſcipulos ſuos, & illā jam cæleſti gloriā indutum, nubes lucida obumbravit: & ex nube, vox illa cęleſtis & ſalutaris, & divina exaudita: Hic eſt filius meus dilectus, in quo acquieſco, ipſū audite. Hoc ſignum filij hominis, hæc gloria, hæc vmbra ejus, hæc majeſtas: a quocunq; conſpicitur, talis jam apparet. De aliorum interpretationibus de hoc ſigno nihil dico: Dominus poteſt, quicquid ei libuerit, ſtatuere, & decernere: vnuſquiſq; ſēſus ſui libertate fruatur, ὡς ἀπὸ τῆς, modò in Domino, modò iuxta illam fidei analogiam, & verbi gnomonem, & ſanctū canonem. Chryſoſtomus ipſe de hoc ſigno ſic docet ſententiam ſuā Hom. 49. in cap. iſtud Matth. Quidā putant crucem Chriſti oſtendendam eſſe in cælo: verius eſt autem, Chriſtum ipſum in corpore ſuo, habentem teſtimonia paſſionis: (i) vulnera lanceæ, & clavorum: vt impleatur illud quod dictum eſt, Et videbunt,

Act. 7. 55.
Act. 9. 3.

quem transfixerunt. Ista Chrysostomi sententia, qui tamen crucem suo loco, alibi habet in precio.

Et tunc omnes tribus terræ plangent, & videbunt Filium hominis venientem in nubibus cæli cum potentiâ, & gloriâ multâ. Illæ nimirum gentes, tribus, populi, planctum hunc dabunt, qui adorârunt sculp-
Psal 97.7. tilia. Nam sic docet nos Psalmista: Confundentur omnes, qui adorant sculptilia. At lætetur Sion, filiæ Iehudæ triumphent, exultent, leuent capita sua, propter judicia tua, Domine. Quia venit, quia venit judicare terram: illas nimirum fœdifragas gentes, quæ alteri, quàm Do-
Psal 50.5. mino sacrificarunt. Nam sic Dominus ipse nos docet Psal. 50. Congregate mihi sanctos meos, qui mecum fœdus inierunt per sacrificiû. Sacrificia autem sua, quæ sunt, ipse subjungit. Sacrifica Deo laudem, & redde excelso vota tua: atque invoca me, in tempore angustiæ tuæ, & eripiam te, & honorificabis me. Illæ verò sanguinolentæ, & inhu-
Apoc. 11. manæ gentes, ex omnibus tribubus, populis, linguis, quæ cadavera videbant in plateis professorum Evangelij, & non patiebantur eorum cadavera poni in monumentis; sed in sterquilinijs sepelierunt, & cremaverunt igne: quæ gaudebant in cruciatibus, in pressuris, & persecutionibus istorum: et munera adinvicem mittebant ad fædera, & dextras iungendas ad istos perimendos, iam plangent, & lugebunt, & jam lætitia harum gentium in luctum vertetur; plausus in planctum; gaudium in dolorem, & cruciatum sempiternum. Istæ sunt gentes, quæ plangent se, adveniente judice, ipsæ ore proprio se damnabunt. Vt de Pharisæis, & Scribis loquitur Iesus Matthæi cap. 23. Tolerabilius erit Sodomæ, & Gomorrhæ in die illo, quàm gentibus, & civitatibus istis, quia non receperunt istos legatos Domini. Istæ, illam reproborum notam, & veram tesseram, in vitâ suâ non verentur palam profiteri, & in frontibus inscriptam habere: scilicet, Evangelio diffidere, illique
2 Thes. 1.7. bellum indicere. Patefiet (inquit Apostolus) Dominus Iesus a cælo, cum Angelis potentiæ suæ, cum flammeo incendio, infligens vltionem ijs, qui Deum non noverunt, neque auscultant evangelio Domini nostri Iesu Christi: qui pœnam pendent æterni exitij, damnati a præsente Domino, & potentiæ ipsius gloriâ, cum venerit, vt glorificetur in sanctis suis, & admirandus fiat in fidelibus omnibus, (quòd fides habita fuerit testimonio nostro apud vos) in die
1. Pet. 4. 17. illo. Sic Petrus domesticos diaboli depingit Epist. 1. cap. 4. ver. 17. Nunc tempus, [illegible], seu brevis oportunitas, quo incipiat iudicium

a domo Dei. Quòd si primùm incipiet à nobis, quis erit finis eorum, qui non credunt Evangelio? quasi illi domestici diaboli, illi filii perditionis essent. Legant hunc locum Catholici nostri, qui ignorantiam illam superiorem, & supinam patrum suorum, religionis suæ matrem habere volunt: legant, qui iam in tantâ luce oculos claudunt, (quos Recusantes vulgò dicimus,) qui nolunt adire ecclesiam: qui opinionis suæ superstitione seducti, grave putant, si pedem intra limina ponant ecclesiæ, & omnes potiùs quos habent reditus, pendent Principi pro pœnâ, quàm pedem intra limina ponent ecclesiarum, vt Christi Evangelium audiant. Perpendant diligenter hunc locum: planus est, apertus, sine tropo, sine obscuritate vllâ. Reddet vindictam Dominus Iesus omnibus, qui non noverunt Deum, & qui non auscultaverunt Evangelio eius: & pendent illi, non pecuniam, non redditus suos: (nam illa tum nihil proderint) sed pœnam persolvent æterni exitii: & ideò caveant, ne in æternum, cum his gentibus lugeant. Et hoc diligenter animadvertendum est, quomodò in judicio hæc peccata examinanda sunt. Nam in tempore illud judicium proximè præcedente, ista vigebunt, iam tum florebunt. Nam Ioannes superiori capite, decimo scilicet Apocalypseôs, iterum iubetur prædicare, & prophetare coram populis, gentibus, linguis, & regibus multis: & sequenti capite prophetia eius ludibrio habetur, odio, & supplicio extremo afficitur ab istis ingratis, incredulis, & infidelibus populis, & gentibus. Et hinc luctus ille infælicium omnium: hinc damnatio; hinc exitium sempiternum a facie iudicis huius, a præsentiâ Domini nostri Iesu Christi.

Contemptus Evangelij vigebit ante iudicium.
Apoc. 10. 11
Apoc. 11. 9. 10.

Et videbunt Filium hominis venientem in nubibus cæli, cum potentiâ, & gloriâ multâ. Veniet, inquit Propheta, Dominus noster, & non in æternum silebit: & Petrus, Non tardat Dominus, vt homines tarditatem reputant: &, vt ipsemet promisit, Veniet citò. Veniens, veniet, & non tardabit: vltima sunt eius verba, & Apocalypseôs clausula postrema, & quasi Scripturarum conclusio. Mora eius, misericordia est: tarditas eius, est charitas in genus humanum. Adhuc annum vnum expectat ficum suam, fructus novos sperat, expectat omnes ad pœnitentiam. Sed veniet tandem, non obscurus vt antè, sed manifestus: non infirmus, sed fortis: non præcursore Ioanne, sed multitudine stipatus Angelorum: non asino insidens, vt humillimus omnium, qui vnquam nati fuerunt, sed

sed iam vt omnium maximus, nubibus insidens cælorum, magnâ gloriâ & potentiâ. Et videbit eum Iob illis ipsis oculis, vt credidit longè antè, & fidelissimè professus est. Et videbit eum omnis oculus, & etiã illi, qui ipsum transfixerunt, videbunt eum. Et plangent coram illo ōnes tribus terrę. Fidelibus conspectus iste, plenitudo gaudii erit: transfixoribus verò eius, summus gradus supplicii. Videbunt quem vili fecerant; timent iam, quem confoderant, & plangent, quia vitam æternam amiserunt.

Et emittet Angelos suos cum tuba voce magnâ, & congregabunt electos eius a quatuor ventis, a cælorum extremo, vsq; ad eorum extremum. Hæc illa parabolæ adimpletio cap. huius Apostoli. 13. nempè, Qui seminat bonum semē, est filius hominis: ager est mundus: bonum semen, sunt filij illi regni: zizania verò sunt filij illius mali: invidus, qui illa seminaverit, est Diabolus: messis verò est consummatio sęculi: messores autem Angeli sunt. Angeli ergò, in horreum illud Domini, electos eius omnes, ex omnibus mundi partibus congregabunt. Electis in terris inserviunt, & subministrant angeli: hinc discedentes, in sinum illum Abrahæ cum Lazaro, deportant; & tandē in fine, hos ipsos, veluti Domini messores, in horreũ eius, veluti bonas segetes, in repositoriũ Domini congregabunt. Isti etiam strenui operarii, & oculati, quos zizaniorum fucata species non potest fallere, colligent ex regno Christi omnia offendicula; eos imprimis, qui damna, & nocumenta fratribus vel in rebus intulerunt, vel in vitâ exemplo suo malo, scandala præbuerunt; & eos, qui dant operam iniquitati, qui impietatis periti artifices sunt, & eiusdem quasi seduli professores; istos omnes doctores, & seductores, & scandalorum authores, messores isti vnâ etiam colligent, & in fasciculos ligabunt, proiicientq; eos in fornacem ignis, vbi erit fletus, & stridor dentium. Vbi est animadvertendum, colligandos nimirum iri vt fasces, improbos; omni auxilii vel levaminis spe ademptâ: bonos verò congregandos. Boni enim congregabuntur, liberrimi, læti, vt sol, fulgidi. Colligabuntur impii ab invictis istis ministris Domini, qui excellunt robore, lugentes iam, non lucentes ampliùs; concatenati iam, tenebrosi, miseri, qui olim alios catenis implicuerunt, sine vllâ spe redemptionis, & sine vllo levaminis solatio consterendi.

Hinc etiam discimus amplitudinem regni Christi, eius ecclesiæ terminos, eius familiæ limites, non Hispaniæ, vel Italiæ, vel Romæ cancellis contineri. Amplior est, augustior, & latiùs patens familia, domus

mis regni huius regis nostri. Ab extremitate siquidē cælorū ad illorū extremitatem pertingit regnum hoc. Vbi ventus, ibi habet ille veros cultores suos: vbi spiritus spirat, ibi electos, signatos, servos, heredes. Quare, frustrà se jactat Monarcha ille Romanus, se Christi Iesu vicariū. Potestas eius in cōparatione nulla est ad hāc. Donatio illa Constantini, quam fingit, nihil est, si cum donatione Dei patris comparetur, quam legimus Psal. 2. Postula a me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ. Electos suos habet ille in omni regione, in omni regno, sub cælorum ambitu: licet forsan non ita fulgentes, non ita firmos, non ita mundos, synceros, & incorruptos. Habet caput hoc pedes, habet oculos, habet crura, habet digitos, habet vngues: habet arundinem quassatam, & palmam inuincibilem; habet linum fumigans, & Paulum amore eius inflammatum, & extra se raptum. Et quia eius sunt hæc omnia, nihil horum est, quod non amat, nihil quod amittet, nihil quod non servabit, & in horreum suum tandem, vt hic legimus, congregabit.

Tuba autem ista, ad illam solennem Iudæorum convocationem, per Levitas tubis clangentes, significatione alludit. Sic hæc magna convocatio omnium, Iudæorum, & Gentium, viuorum, & mortuorum, fiet per vocem tubæ, non terrestris alicuius: sed cælestis, vocalissimæ, validissimæ, efficacissimæ, & item suavissimæ. Excutiet somnum segnibus servis, somnolentis peccatoribus, omnibus denique mortalibus, tuba ista. Surditatem autem hic nemo prætendet. O si hanc tubam, cum Hieronymo, siue edentes, siuè bibentes, siuè quid aliud facientes, semper in auribus sonantem haberemus: optima esset procul dubio musica, suavissima harmonia, condimentum gratissimum. Omnia nostra condiret, temperaret, dulcia, & salutaria nobis redderet, negotia, otia, officia, studia, alimenta denique nostra omnia.

A ficu autem discite parabolam, &c. Ergo parabolæ, allegoriæ non penitus exterminandæ. Quàm frequenter est Dominus Iesus in Evāgelio suo his vsus? quàm sæpè loquutus est per parabolas? Illa verò (meā quidē sententiā) invisibiliū, & visibilium collatio, summoperè nobis cōmendat summi illius conditoris sapientiam, qui in tam parvis, in tam vilibus, & rebus adeò infirmis, cælestis sapientiæ suæ vestigia, & nostræ disciplinæ insignia documenta impresserit, & insculpserit: adeò, vt (quod hic nos docet Salvator noster) vites vinitores suos Nota.

doceāt,& ficus cultores suos,& agricolas semē,q terræ mādāt,instru at;& illos magnos possessores doceant & oves,& boves,quos tántoperè curant;& mulieres fermentum illud modicum,q massæ magnę fermentandę adhibent &occultant;& in sūmâ,ōnes res ferè,quas tractamus manibus,vel calcamus pedibus,nos erudiāt,& sint nobis pædagogi,& magistri,ad officia nostra,ad pietatis munera,ad cælestem sapiētiā:adeò,vt planè pudeat nos tot ducētibus,docētibus,& veluti erudientibus,adhuc rudes esse,vel in religione, vel in officio otiosos, vel in cælesti illâ sapientiâ stupidos,& ignaros.Γυμνασία etiam saluberrima,& exercitatio Christiano digna admodū est, ista rerū conditarum consideratio.Hinc David sæpe: Omnia opera tua laudant te,Domine:&,Operibus tuis me lætitiâ affecisti:&,De factis illis operibus manuū tuarū cantabo.q̃ magna sunt opera tua, ô Domine! valdè profundæ sunt cogitationes tuæ.Insipiens nō intelligit,& stultus hoc nō
Psal.92.7. cognoscet.Gramen ipsum docet me potentiā,justitiā,& magnitudinē operū tuorū.Nācū impij germinaverint vt gramē,floreantq; ōnes operarii iniquitatis:tū excinduntur in æternū. Sic agim' nos cū fœno nostro.Sic apud te veluti fænū sunt improbi ōnes.Et alio Psalmo omnes divinas quasi administrationes in hoc regno ei' cōmemorās,pere
Psa.107.43. grinorū,famelicorū,ægrorū,nautarū,oppressorū,deniq; omniū:in fine cōcludit,Quis sapiens est,vt observet ista?& intelligere illum facient benignitates Domini.Ista sācta ruminatio est eorū,qui mūdi sūt, in viis Domini ambulantes,peregrinantes,seminantes,amputantes, eradicantes,siuè q aliud agentes:divinā illic providentiam considerant:illa servilia ad semetipsos transferunt:illa vilia ad vitā,& mores suos transformant.Hinc Solomō mittit ad formicam pigrum, vt eius vias consideraret.Hinc Apost. Paulus cuilibet Christiano suadet, vt iam detrahat velum illud vultui Mosis, & illum occultū & latentem splendorē intueatur,& cernat.Nam si tantum literā Mosis legas,multa invenies a nobis aliena,dura,ἄπιστα. obscura,&apud incredulos absurda.Sed si corticē illū exteriorē nudaveris,si nucē frangas, si velum illud laceraueris templi,q iam moriente Iesu ꝑ nobis factū est, invenies ōnia splēdida,clara,gloriosa,illustria,cęlestia,nobis saluberrima: adeò,vt tū omnes cū Apostolo fateri cogemur, Quęcunq; scripta sūt siuè in lege,siuè in Prophetis,siuè in Psalmis,ad nostrā doctrinā scripta esse:nos instituere,nos quoq; docere,ad nos pertinere.Vbi Apost. ipse illū baptismū maris, illam spiritualē manducationē eucharisticā, illā Christiani calicis cōmunicationem nostrā, ad veteres Israëlitas verè trāstulit:& itē illorū lasciuā libidinē,illorū idololatriā præcipitē,

illorum fornicationem impuram, tentationes diffidentes, murmurationes ingratas, nobis proponit, ne in istis sequentes illorū vestigia, in eadem præcipitia, plagas, & pœnas perveniamus. Ista omnia, veluti typi & vmbræ, contigerunt illis. Re verâ autē propter nos scripta sūt, vt & admonerent, & erudirent nos, super quos fines seculorū devenerint: ergò magis ad nos, q̄ ad illos spectant illa ōnia. Typi erant illis, nobis veritates: illis vmbræ, nobis res ipsæ. Hinc illud mandatū iudiciale Domini; Boui trituranti non obligabis os: omninò abnegat Apost. quasi illis datū: sed nobis potiùs à Domino edictū & præceptū. Quid? (inquit) nū Domino curę sunt boves? Ille nō curat boves, & oves; quorū dominiū, & vitæ, et mortis potestatē in manus nostras tradidit, ad victū, & vitā nostrā sustētandā. An verò propter nos hoc ōninò dicit? ōninò propter nos: quasi nullâ ex parte propter illos Iudaicos boves: propter nos, inquā, scribitur, q sub spe debeat is q̄ arat, arare; & itē qui triturat sub spe, spei suæ particeps esse. Videte q̄ apertè Apost. decretū hoc, ac edictum Domini judiciale, vel ceremoniale potiùs, q̄ arationis, & triturationis illa munera, ad nos, ad ministros Domini, & nō ad boves illos, accōmodat. Sic itidē Salvator noster Ies' illū retrospiciētē ad patrē, & propinquos, & amicos, antequā scholā eius ingrederetur, eadē parabolâ, & allegoriâ instruxit. Nemo, inquit, qui manū admoverit aratro Domini, & respexerit ad ea quæ sunt retrò, imò vel ad patrē, vel ad aliū quēcūq;, appositus est ad regnū Dei. Videmus quàm frequētes sunt apud Salvatorē, apud Apost. q̄ vtiles ad doctrinā, quàm necessariæ allegoriæ istæ, & parabolæ: ita tamē, vt ornamenta sint ecclesie, vt olim tabernaculi mollia serica erāt. Vt illius vectes, trabes, firmamenta, lignum illud Shittim: sic huius fundamenta, Apostolorum & Prophetarum scripta: vt illius materia, basis, parietes, aurum illud purum, gemmæ illæ pretiosæ, lectissimi lapides: sic huius petra, fundamentum, sunt aurum illud cælestis sapientiæ, gēma illa Iesu christi, evangeliū illud lætū salutis. Sed ista itē, licet mollia, levia, infirma (allegorica intelligo) illis omnibus, vt ornamenta quædā, adhibenda, ad decorē, & ad doctrinā etiam, ad ornatum, & ad ὁρμήν τινα, appetitum quendā sanctū in intuentiū oculis, & animis ingenerandum, ad cōplementū quasi, & apparatū tabernaculi huius, & domus Domini. Domin' .n. deus noster magnificētiâ indut', totus gloriosus, splēdid', nō vult parietes suos nudos; nō vult domū horridā & incultā; nō vult tabernaculū velut tabernā, folijs & frondibus tantū ornatā: sericā habet, purpuram habet, spolia AEgypti habet, quæ omnia vult cōferenda in ornatū

1.Cor.9.9.

Luc.9.62.

Tabernaculi & Ecclesiæ comparatio.
Exod.36.

templi sui. Sed ita tamen, vt ædificanda sit domus priùs, quàm ornanda; vt extruenda priùs, quam aulæis istis induenda: vt non sint ornamenta ampliora, quàm tectum; non vectes, quàm bases: vt fidei priùs fundamenta jaciantur, & firmentur, quàm allegoriæ splendor adhibeatur. Quem ordinem qui non tenent, architecti sunt parùm prudentes: non rectè secant verbum veritatis: dispensatores sunt nec providi, nec sagaces; non oportuno tempore, non suo loco, non quibus convenit, promunt opes, gazas, thesauros Domini sui. Quid, quòd artes omnes, nihil aliud sunt, quā parabolæ quædam, & imitationes naturæ? vt in aulęis Atrebaticis Galliæ videre licet, & in opere (vt vocant) illo Damasceno. Quidnā enim aliud in illis habemus, q̄ delineationes quasdam arborū, ramorū, foliorū, fructuū, ferarum? Natura etiā ipse allegorizat. Hinc secundū Aristotelē, libro de Plantis, cortex plantæ, juxta suæ naturæ modū, cuti, radix ori animalium similis est: nodi verò illius, nervosū, qui sunt in animali, similitudinē habent: adeò, vt hominē plantam transversam, nō inscitè nuncupet Aristot. Quid, quòd & folia in arboribus, lacti in animalibus; fructus coagulationi ipsius casei. flores illarum, flori lactis, ex quo butyrū conficiunt, assimilentur? Sic ars naturam in omnibus ferè imitatur, & natura ex arte in multis illustratur: adeò, vt (meā sententiā) qui hoc mutuū lumen reijciunt, ac respuunt, perindè faciunt, ac si qui solis lumen tantùm habere vellent, lunæ verò, vel stellarum, vel ipsius aëris (quæ tamen lumine prædita sunt, vt Ioannes 8. Apoc. docet) planè respuerent. Deus optimus maximus admirabili harmoniā, societate, & fœdere omnia colligavit, vt vnum sine altero minùs nobis vel vtile, vel dulce, vel delectabile, vel ferè vsui esse possit. Nihil ille fecit frustrà. omnia vertit in bonū, etiam improborū consilia, & dogmata; omnia quæ in cælo, & quæ in terrā sunt, in Iesu Christo, velut in capite, coagmentantur, ἀνακεφαλαιοῦται, vt testatur Apostolus. Omnes verò res, artes, dicta, dogmata, Theologiæ ancillantur: hæcq; illius amplissimæ Dominæ, cælestis illius sapientiæ (quā toties Solomō nobis cōmendat, & commemorat) prærogativa, & dignitas, vt tot habeat pedissequas: vt Plato cū gēmis: septē illi Sapientes cū dictis suis: Aristoteles cū ethicā, œconomicā, & politicā disciplinā: Hipocrates cū aphorismis: Galenus cū simplicib⁹: Iustinianus cū Codice: demū omnes omniū artiū professores cū bibliothecis suis omnibus, & libris, & literis onerati, & onusti, huic dignissimæ Dominæ, velint nolint, cogantur inservire. Et fœlix libertas est ista servitus. Et ista jam eorum

meta

meta præcipua;licet cæci,jam olim,alias metas, & scopas, & terminos sibi proposuerunt,& ad eosdem collimârunt.Hoc ipsum adũbraverunt nobis Salomonis tot concubinæ;&resectio vnguium Ægyptiacæ mulieris,& alienigenæ illius admittĕdæ in cætum Israëlis; & Hiram,qui arbores & artifices ad Salomonem misit;Salomõ verò, qui ei triticum & oleum suppeditaverat.Hæc propria sunt alimẽta Bethlehem:hæc domus Iesu munera;hæc ejus familiæ cibaria.Lignis & lapidibus peregrinę regiones,Tyrus & Sidõ;auro Ophir, Iudęam superare possunt;sed non lacte,melle,tritico,oleo. Hęc ne Regina Sabæ habuit,quæ ad Salomonem,cum exercitu,vel comitatu numeroso,camelis ferentibus aromata,& aurum multum admodũ,ac lapides pretiosos secum advehebat.

Sed missâ hâc generali parabolarum tractatione,accedamus proprius ad doctrinam,& sensum hujus præsentis parabolæ. *A ficu*(inquit Servator) *discite parabolam.* Ficus verò,cùm multa nos doceat, tũ ista pręcipuè,vt referunt nobis qui historias plantarum cõscripserint. Multę sunt arbores,quę per juventam fertiliores sunt,quàm per senectã,(vt inquit Aristoteles:)alię contrà, vt ficus,pirus,amigdalus , quæ in senectâ plures fructus ferunt.Secundò,ficus vberes fructus producunt,& ferũt diutissimè.Tum, sine flore ferunt,& ædunt fructus suos. Tum,cum in cęteris plantarum generibus,insitio optimè fiat in dissimilibus:in ficu verò & in vite,in similibus.Ficus siquidem ficui aptissimè inseritur:sicq; nova ista affinitas optimè contrahitur. Multa nos docet Christianos ficus ista parabolica Iesu Christi,quasi quidam pędagogus,ad vitam valdè vtilia documenta.Primò,vt quotidiè ad extremam vsq; senectam procedamus in viâ Domini:vt non,veluti mali,& similes arbores,in senio deficiamus,vel sterilescamus,vel frigescamus.Secundò,vt feramus fructus multos.Turpe enim est à Pharisæis,discipulos Iesu;à Mahometistis,fideles christi servos:à Papistis,professores Evangelij superari.Tertio,fructus isti,simplices,synceri, idq; sine omni flore ostentationis,vel vanæ glorię jactatione esse debent: tum,vt iugum non trahant cum infidelibus;vt nõ cum eis fędera,nuptias, affinitates contrahant,licet inde soboles præpotens oriatur. Ista insitio,illam primam plantationem Domini,veterem scilicet mundũ eradicavit,& evertit.Ge.6. Filię istę hominum prostrârunt filios Dei. Istud connubium erat Esaui crimen & peccatum. Hęc Abrahami iam morituri animo vnica insedit cura:hoc suspirandum,quod exegerat ab illo fideli dispensatore domus suę, & servo,vt non filio coniu-

 gem

gem ex infidelium semine, sed ex cognatione suâ, ex familiâ illâ Heberis, ex familiâ ecclesiæ, aliquando compararet. Ista insignia documenta nos docet ficus. Sed quid? an in hoc omnia? Nequaquam; sed alia proponit, quę ad institutum nostrum magis sunt accommodata. Ficus ista, (vt refert Chrysostomus) omnium ferè arborum postrema germinat: ideò, postquam germinaverit ficus, frigus sęcitur. Arbores alię multæ sępè nimis citò germinant, & post germinationē, gelu adveniēte, gēmas suas abscondunt, & sæpè etiā amittūt. Et tritū est ōniū ex avibus deductū proverbiū, Vna hirūdo nō facit ver. Et ex arboribus, morus sapiētissima arborū etiā habetur, quòd cū ficu nostrâ, etiā serò admodū floreat. Multa signa veris, nō vera, nō certa, nō firma, nō indubita: sed ficus hæc, cum tenera sunt folia ipsius, cū lactea sint, quòd æstas sit prę foribus, certissimū signum est: non veris, sed æstatis. *Sic vos*, (inquit Salvator,) *cum videritis hæc omnia, scitote quòd propè est, & ad fores finis, & dies iudicij appropinquat.* Ista ergò signa sola consideremus, ista perpēdamus: nō numeros annorū, nō cōjūctiones planetarū; nō rhythmos populariū, nō aniles fabulas: sed, quæ sunt nobis a magistro nostro proposita; quę sunt nobis a cælesti sapiētiâ cōmēdata; quæ in ejus Evangelio descripta, nobis ante oculos proponamus. Qui alia signa quęrūt, qui ijs alia superaddere audebūt, qui ista nō advertent, graviter peccant curiositate, præsumptione, securitate, oscitantiâ. Lex Domini perfecta est: in Iesu Christo omnes repositi sunt thesauri sapientiæ & scientiæ: per Evangeliū nobis lumen, & immortalitatem dedit. Quare, extra verbū eius, aliud non requiramus; aliū ignē, cū Nadab & Abihu, in tabernaculum ne afferamus. Tum, cum videmus hęc omnia, sciamus finē propè esse, imò præ foribus: nempè, evāgeliū prędicatū omnibus gentibus, & ejus professores odio affectos, præ tribunalibus regū cōstitutos, morti destinatos & adjudicatos esse: cū pseudochristos, & Antichristianos, qui Christū in cellis suis se habere jactitabunt, revelatos: cum afflictionem illam verè maximam, fidelium cervicibus imminentem, percipiatis; tum finē in propinquo esse certo certius apud vosmetipsos statuatis.

2.Tim.1.10

Amen dico vobis, nequaquam præteribit ætas hæc, vsq; dum omnia ista facta sint. Cælum & terra præteribunt, sermones autem mei nequaquam præteribunt. Hinc illud pronunciatum Apostoli tam audax, Nisi defectio venerit priùs, & revelatus fuerit homo ille peccati, Christus non veniet. Pseudochristi illi, & Antichristi, multi numero, professione verò, & religione, vt vnus homo, cū illo capite suo, sunt futuri

ri ante Christi adventum; seducentq; multos, & dabunt signa & prodigia, & cõtra istorũ fraudes evãgeliũ prędicabitur: generatio ista mũdi, seu hominũ, non præteribit, donec ista omnia facta, & adimpleta fuerint. Nam verborum Iesu apex, vel iota vnum non præteribit: ejus cælestis roris, & pluviæ guttula non revertetur ad eum vacua, sed perficiet volũtatem ejus. Hinc nobis discessione, seu defectione istã iã factã, & homine illo nequam, cũ omnibus membris & partibus suis, mũdo iã per lumẽ evangelij revelato, clarè licet pronũciare, Iesũ Christũ iã venturum, iam non diù moraturum, iam iudicem (quod habet Iacobus) & quasi prę foribus stantem, quotidiè expectemus. Quare, nobis ipsis provideamus, & (quod in forensibus causis nostris ad vnum omnes facere solemus) causas nostras singuli perpendamus, omnes angulos excutiamus, curremus, equitemus, festinemus, advocatum illum magnum & vnicum, & vltrò se nobis offerentem adeamus prece, & precio: illi causas nostras omnes cõmẽdemus, nihil eum celemus, deprecemur, instemus, vrgeamus, nunquam fatigemur, vt suscipiat causam nostram, vt propitietur peccatis nostris. Iam modicum temporis superest: iam multorum omnes rei sumus: iam præ foribus iudex est. Quare, ne procrastinemus ampliùs, ne differamus, ne in hac causâ, nõ pecuniariâ, sed spirituali: non terrenâ, sed planè cælesti: non ab homine, sed ab ipso Deo superemur, & concidamus.

De die autem illo, & horâ, nemo scit, ne Angeli quidem cælorum, sed Pater meus solus. Augustinus libro de civitate Dei 18. cap. 52. Non definiendus, inquit, numerus est persequutionum, quibus exerceri oportet ecclesiam Christi. Illam autem novissimam persequutionem, quæ ab Antichristo futura est, præsentiâ suâ ipse extinguet Iesus. Sic enim scriptum est, quòd eum interficiet spiritu oris sui, & evacuabit illuminatione præsentiæ suæ. Evertit hic omninò Augustinus tyrannidem illam Antichristi triennalem cum dimidio, quam iam nuper excuderant, & credunt mortales aliqui. Est novissima futura eius persequutio, sed incertum est, quàm diuturna sit futura. Hoc ipse non potest definire Augustinus: sed subjungit. Hic quæri solet, quãdo istud erit? Importunè omninò. Si enim hoc nobis nosse prodesset, à quo meliùs, quàm ab ipso Deo magistro, interrogantibus discipulis, disceretur? Non enim siluerunt, sed a præsente quæsierunt, dicentes, Domine, num hoc tempore restitues regnum Israëli? At ille dixit ad illos, Non est vestrum nosse tempora, quæ Pater posuit in suâ ipsius potestate. Nõ vtiq; illi de horâ, vel die, vel anno: sed de tẽpore

 inter-

interrogaverant, quando illud a Christo responsum acceperunt. Frustrà igitur annos, qui huic sęculo remanent, computare ac definire conamur, cum hoc scire, non esse nostrum, ex ore veritatis ipsius audiamus. Quos tamen alii quadringentos, alii quingentos, alii etiam mille, ab ascensione Domini, vsque ad eius vltimum adventum compleri posse dixerunt. Quēadmodum autē quisque eorū astruat opinionē suam, longum est demonstrare, & minimè necessarium. Coniecturis quippe vtuntur humanis, non ab eis certum aliquid de Scripturæ canonicę autoritate profertur. Omnium verò de hac re calculantium digitos resolvit, quiescere iubet ille, qui dicit, Non est vestrum scire tempora, quæ Pater in suâ ipsius posuit potestate. Hęc Augustini sententia de hac re planissima, & Evāgelio cōsona est: ne annos huius diei inquirendos esse, vel debere, sine offensâ eius, qui dixerit, Non est vestrū scire: tum, qui definire volunt hanc rem, coniecturis vti humanis, nihilq; certi proferre posse. Et cōiecturę merę sunt, quicquid ex suo cerebro homines vel demonstrare possunt, vel depromere. Quis ergò signis certissimis Servatoris derelictis, inanes hominum cōiecturas consectabitur? quis illas vel respiciet, vel magni faciet? Quare, nos Iesu Christi discipuli, iuxta eius doctrinam, quoniam non dies modò & hora, sed tempora etiam, & anni illius sunt incerti, omni die, horâ, anno, momento, illius adventū expectemus, & nosmet paratos exhibeamus, expectantes & properantes ad diem & adventū illius magni Dei optimi, vt consulit D. Petrus.

Sicut autem erāt dies Noe, ita erit & adventus Filij hominis. Sicut enim diebus qui præcesserunt diluvium, edebant, bibebant, vxores ducebāt, & nuptum dabant, ad eum vsq; diem, quo ingressus est Noe in arcam: nec cognoverunt diluvium, vsq; dum venisset, & sustulisset omnes: ita erit & adventus filij hominis. His versibus & prædicit Servator mundi ipsius statum, & cōditionem ante finem, & etiā suos adversus omnes casus munit, & instruit. Vt erant dies Noe, sic dies nostri, sic dies vltimi. Noah prædicabat illis diluvium, & illi diuturnitatem temporum, & immortalitatem quandam somniabant. Ille octavus iam præco iustitiæ, vt narrat Petrus: & illi prædones, helluones, ganeones, omni genere impietatis & nequitiæ sese dedebant. Ille misericordiā obtulit pœnitentibus, & resipiscentibus: & illi in impietate, oppressione, crudelitate, vitam, & dies suos transegerunt. Nam hoc solum eorum peccatum recensetur 6. Geneseōs, supra reliqua, κατ' ἐξοχὴν, quasi summoperè vigens, quotannis excrescens, & apud omnes frequens. Sed & terra corrupta erat coram

tam Deo, (inquit Moses) & terra plena erat crudelitate, oppressione, & violentiâ. Tales erant dies Noe. Ille ad sanctitatẽ vocabat, & illi omnibus flagitijs se polluebant: ille finem sibi, & omnibus, ædificijs, operibus, plantationibus, posteris denunciabat; & illi sine fine, sine modo, sermones ejus quasi fabulam excipientes, ista consectabantur: illius conciones, & sumptus in arcâ exædificandâ, vt rem frivolã, planè negligebant. Nec tã ore, quàm opere ille aquarũ inundationẽ, illi plantationẽ terræ: ille sobolis demersionẽ, illi liberorũ procreationẽ: ille jejunium, & pœnitentiã, illi epulas, & luxuriã profitebãtur. Illi ipsi architecti, qui arcã illã fabricati sunt, non sunt salutis ejus participes, sed aquis obruti sunt, quia consilium Domini irriserunt. Pecuniã eius lucrantur: sed non verebantur pænam, neque ejus doctrinam audiverunt. Talia sunt futura tempora vltima; imò talia jam sunt. Quis enim adeò cæcus est, vt homines non videat, cum valedicere mundo debeant, tum demùm illi invigilare? cum illi renunciare, (quod & in baptismo omnes vovimus,) tum demùm illum amplecti, & colere? cum, (quod & monet Apostolus) vti illo debeamus, quasi non vtentes, tum demùm nosipsos rebus terrenis dovovere? Patres omnes, quasi homines parùm frugi, quasi ignaros rerum, quasi stultos agricolas, dominos, possessores, convincit nostra in conficiendis negotijs sedulitas, in agris dimetiendis, & circumsepiendis aviditas, in illis elocandis, & ęstimandis sagacitas, in vsufructuarios, & tenentes (quos vocant) inhumanitas, & crudelitas. Illi nunquam tantos fructus, tantos redditus, tãtum lucri, ex tam pugillo terræ, demetere (salvâ conscientiâ) potuissent. Iam verò sunt obscura terrę habitacula, domicilia crudelitatis, vt loquitur David. Sed ista ne miremur. Sic. n. libertatem prædicantibus Mose & Aarone ad Pharaonem, ille onera, labores, servitutem auxit Israëlitarum: sic iam charitate Evangelij a verbi divini ministris denunciatâ, frigescit tamen in cordibus, & quasi congelascit. Sed Moses & Aaron legati Domini: illorum legatio vera; licet sic Pharaoh ad interitum suum, instar lapidis obsurdescit. Natura, vt in quibusdam hominibus virtutes delineavit, sic etiam vitia & imperfectiones adumbravit. Hinc videmus naturâ sic comparatum esse, vt juvenes ad vnum omnes hilares, liberales, benefici sint: senes verò omnes morosi, avari, tristes: quod contrà quidem fieri oportuit. Quæ demùm dementia est, (inquit Cicero) quò minus restat viæ, eò plus viatici comparare? sic sanè mundus ipse florescẽs olim liberalis, beneficus, hospitalis, humanus fuit,

Psal. 74 21.

fuit, vt Abrahamus ſedens in tabernaculi ſui oſtio ad advenas recipiendos in domum ſuam, docet; vti omnes veteres illi viri celebres recenſentur, & commẽdantur à Siracide, cap. 42. Hi, inquit, miſericordes omnes: vt Cimonis illius hoſpitalitas jam adhuc celebris; & Perſarum nomen, *Paras*, a frangendo, (vt eſt probabile) & communicando panem, & bona iſta egentibus, deductum, docent. At ſeneſcens iam mundus, delirans, & ad finem declinans, durus eſt, ferreus, ferus, avarus, & rerum cupiditate, & deſiderio in explebilis. Apes ipſæ, generi noſtro, ex omnibus animalibus, & inſtituto, & opere ſimillimæ, cum per omnem vitam, melle parciùs vtantur, & abſtinentiam quandam ſalutarem & politicam colant; ceragine ſcilicet (quam vocant) alio cibi genere contenti: tamen cum fungum illum ſentiunt, cum fumum percipiunt, cum finem ſuum appropinquare intelligunt, incipiunt tum, inquit Ariſtoteles, abligurire, prodigos agere, & mel ipſum devorare. Sic homines ſanè ſobrii autè, in ipſo fine helluones agunt, & finito convivio, omni voluptatum genere oblectantur: & qui in initio convivii nihil ferè guſtabunt, hîc ingurgitant, τρώγοντες, vt habet Matthæus hoc in loco: & belluinam quandam voracitatem verbum hoc ſignificat. Hoc illud eſt, quod habet Apoſtolus 1. ad Theſſal. 5. De temporibus, & temporum articulis, non eſt opus, fratres, vt vobis ſcribam. Vos enim certò ſcite, quod dies Domini noſtri vt fur in nocte veniet. Ergò vos, qui fratres eſtis, qui fideles, qui Ieſu diſcipuli, illud omni horâ, die, nocte expectate; nec quicquam vltrà requiratis de adventu eius, ſed ſit vita veſtra omnis veluti perpetua vigilia adventus huius regis, huius regni & diei expectatio, huius rationis & iudicii præparatio. Quùm autem illi, ſcilicet homines terreni, qui terræ affiguntur, qui Mammoni ſeruiunt, non Domino, dixerint Pax, & tranquillitas; tunc repentè ſurget contra eos interitus, quaſi parturientis dolor; nec mala effugient impendentia. Hæc pax, ſecuritas impiorum, dies Noæ præ ſe ferunt, dum contractus peragant, ædificia erigant, ſerant vineas, & cætera perficiant, quæ illis temporibus tranſegerunt. Iſta pacis opera ſunt, iſta ſecuritatis & tranquillitatis ſtudia; plantare ſcilicet, poſſidere, ædificare, vxores ducere, matrimonia cõtrahere. Quis iſta in bello cogitaret? Quis iſta in diluvio? quis iſta in incendio? ἄτοπα planè eſſent, abſurda, & minimè convenientia. Hinc illa vox Eliſhæ ad Gehezi ſeruum ſuum, An nunc tempus accipiendi argentum, aut accipiendi

Ariſtoteles de Hiſtoria Animalium Lib. 9. cap. 4.

endi vestes, aut oleas, aut vineas, aut greges, aut armenta, aut seruos, aut ancillas? Ista quidem licita sunt, sed in hoc tempore non ita avidè sunt accipienda. Cum Dominus denunciat incendium, quis construeret ædificia? cum Dominus minatur ignem, quis sepes plantaret? cum Deus extirpationem omnium prænunciat, quis vineas aut pomaria consereret, vel prolem procrearet? Ista sanè stultitiæ sunt & vanitatis indicia: delirium & culpa nostri seculi est istis insudare, in istis operam, & oleum ponere, istis se totos addicere: cum tamẽ sciamus à Domino denũciatum ignem, & diem eius non longè remotum: & interim Iesum christum nudum, exulem, famelicum viderunt divites delirantes isti: imò hi impiè paupertatem, & nuditatem, & famem, & exilium eidem intulerunt. Quæ demum hæc dementia, in diem judicij & rationis, vbi exigetur solum, præcipuè verò, de pascendo, operiendo, recipiendo Iesu Christo (quasi hoc solum ille exigeret a nobis) talia perpetrare, talia præparare: ijs neglectis, in illis planè superfluis, pecuniam, vitam, & nos totos consumere? Ista dies Noę nobis ponunt ante oculos. Vnum necessarium: Arca scilicet paranda est, & nos in emendis possessionibus, in agrorũ sepibus, in dignitatibus comparandis opes nostras collocamus. Regum jam, & dominãtium, & optimatum, & omniũ quos jã Dominus extulerat, in diebus his Noachi, in diebus his vltimis, in vesperijs hisce magnorũ comitiorum, esset, non palatia extruere, sed exornare templa Spiritus Sancti: non fenestras suas amplificare, sed pastores & lumina ecclesiæ promouere, & fouere: non gẽmas è petris redimere & eruere, sed lapides Sionis è puluere extollere: nõ sibimet honoris titulos magnis sũptibus acquirere, & ãbire, sed pauperes, & egenos è jugo seruitutis durissimę creditorũ, mutuãdo, donãdo, in libertatem vindicare: non convivari quotidiè, sed carnis desideria debilitare: non hostes, sed semetipsos vincere: non canes, aut accipitres, sed famelicos, & Christianos alere: non ditari, sed ditare: non dotare filias, sed adoptare orphanos. Hæ virtutes celebres: hæc ædificia æterna: opera magnificentissima: hæc exercitia digna Evangelio: hi fructus digni Noacho architecto: hæc insignia apta nobili: hæ primitiæ gratissimæ Domino, agricolæ illi supremo, Domino omnium maximo. Sic Ptolomæus AEgyptius maluit πλουτίζειν ἢ πλουτεῖν ditare alios, quàm ditescere. Sic Amadæus Dux Sabaudiæ, oratoribus quibusdam de canibus ejus venaticis querentibus, postero die magnam pauperum multitudinem, quos ille alleret, ostendit, quemadmodum

refert Munsterus 2.Lib.Chronog.

1.Cor.7. Apostolus Paulus maritos, viduas, virgines, 1.ad Cor.cap.7.instituens: tandem omnes alloquitur, & hoc omnibus exhibet documentum: Hoc autem dico, fratres, quoniam tempus dehinc breve, contractum est: adeò, vt illi qui vxores habeant, sint quasi non habentes: & qui gaudent, sint quasi non gaudentes: & qui flent, quasi non flentes; & qui emunt, quasi non possidentes: & qui vtuntur isto mũdo, vt non abutentes. Transit enim forma mundi hujus. Hinc tempus breve vitæ, mũdi; vt vitã sine curâ, sine sollicitudine, sine amore nimio horũ terrenorũ hic ageremus. Quis nõ videt quàm citò, q̃ subitò rapiuntur homines à possessionibus, a prædijs, a voluptatibus, à charissimarum conjugum amplexibus? & tamen istis apponemus corda? in his desideria figemus? in illis solis sudabimus, laborabimus, & nosmet ipsos defatigabimus? Quis emeret in diem? quis luctum curat monẽtaneum? quis lætitiam, quæ iam iam est effluxura? quis mundũ hunc, ornatum, pulchrum, sed omni flore citiùs marcescentem, transeuntem, & evanescentem, in pretio haberet, & magni faceret? Ista exhortationis Apostolicæ præcipua sunt capita: quæ cũ Mose omninò con

Psal.90.12. sentiunt, qui non consulit, sed precatur, Domine, doce nos numerum dierum, vt applicemus corda ad sapientiam.

Sed hic multi, sat scio, sibimet ipsis blandientur, & prætendent hisce operibus, & ædificiis, ociosos alioquin multos, se operarios facere; & qui forsan stipem petierunt, hic stipendiũ mereri. Verum hoc quidẽ est: sed quę gratia, si operariis mercedẽ largiantur? hoc non est

1.Pet.2.19. operępretiũ apud Dominũ: hoc iustum est: hoc debitũ est. At Petrus inquit, τοῦτο γὰρ χάρις, hoc gratũ, & acceptũ Domino, si quis propter conscientiã Dei, suffert molestias, iniustè afflictus. Et Paulus, Gratiâ salvati sumus õnes, qui in Christo Iesu credimus. Gratos ergò nos iterũ ei exhibeamus oportet, illi grata referẽtes. Quid, q̃ sæpè stipẽdia, & mercedes, tã parcæ sunt, tã dimidiatæ, & calũniatæ, (vt loquitur Iacobus) vt vix sibi & suis victum ex summis laboribus, etiam cum vitę discrimine, suppeditare possunt? Operarius est dignus mercede suâ, teste Servatore. Hic nulla gratia: hoc non opus bonum Christiano dignum, quod est necessarium. Non ex tristitiâ, aut ex necessita-

Philem 14. te vult bona nostra Apostolus: ἀλλὰ κατὰ ἑκούσιον, sed ex voluntate, vt docet etiam Philemonem: non coacta, non extorta, non necessaria: sed libera, spontanea, alacria, voluntaria: & in eos fieri debent, qui non habent ἀνταπόδομα; id est, qui non possunt retribuere, nec a

nobis

nobis aliquid demereri, Hæc opera verè Christiana, verè Evangelio digna.

Principes in Lege ad tabernaculum extruendum, oleum, aromata, gemmas, opes omnis generis adferebant; exempla suis inferioribus in omni genere virtutis semet exhibebant. Vtinam oleũ, thus, aromata, optimates, magnates, principes nostri, etiam nunc ad Christi ecclesiam ædificandã offerrent. Oleum intelligo misericordiæ in subditos suos; aromata solatij in afflictos: deniq; thus illud redolens famæ celebris apud exteros, apud Evangelij hostes. Et ista omnia liberè, spontè: vt, quod de mulieribus, & vxoribus scribit Petrus, idem nos de viris, dominis, & primatibus nostris pronunciare possemus; Vt, qui non obediunt sermoni, ac Evangelio Iesu Christi, per vxorum conuersationem; imò per virorum, principum, dominorum, absq; sermone lucrifiant: certò certiùs horum opera bona essent, & ad convertendos infideles efficacissima.

Iesus uerò ipse alibi apud Lucam, istos dies Noæ, quasi digito nobis demonstravit; & ab istis inutilibus operibus jussit præcavere, & vitæ quandam rationem saluberrimam nobis, gratissimam Domino nostro, huic peregrinationi nostræ aptissimam, præscripsit. Cavete autẽ, inquit, vobis, ne quando graventur corda vestra crapulâ, & ebrietate, & curis hujus vitæ, & repentè vobis dies ille superveniat. Nam vt laqueus, invadit in omnes, qui habitant in superficie totius terræ. Excubate igitur, in omni tempore rogantes, vt digni habeamini qui effugiatis ista omnia quæ futura sunt, & coram Filio hominis intrepidè, & confidenter consistatis. Luc. 17 22. Luc. 21.34.

Tunc duo erunt in agro: vnus accipietur, & alius relinquetur. Duæ molentes in pistrino: vna accipietur, & altera relinquetur. Istæ parabolæ docent sistendos esse omnes ad tribunal Dei: omnem ætatẽ, sexum, statum hominum, & conditionem: nec agrum, nec civitatem, nec dignitatem, nec servitutem ab isto examine quenquam posse occultare. Mola autem omnium hujus vitæ munerum, minimum atque infimũ videtur denotare & comprehendere: vt habetur Exodi 11. Morietur omne primogenitum in terrâ, à primogenito Pharaonis, qui sedit supra thronum, ad eum, qui pistrino insudat. Nec molendinarij isti ob tenuitatem, & obscuritatem, ab hujus magni regis consessu repellendi sunt: nec agricolæ illi divites & opulenti, opũ & divitiarũ ratione eximendi. Omnes itaque sũt congregandi. Mola item videtur mulieres comprehendere, quòd per fœmineum genus explicentur: ager verò Exod.11.9. Iud.16.21.

 viros.

viros. Et examen istud, & segregatio erit tam celeris, tam certa, & tā celebris, & generalis, vt nemo poterit subterfugere. Novit hic Dominus qui sunt sui. Non societas in illo momento boni operis, non agro rū viciniç, imò nō cōtubernia lectorū, vel tegēt malos, vel abscondent sāctos. Dominus vētilabro suo, facilè, citò, nullo cū negotio, paleam a tritico, licet intermixtā: aurū à scoriā, licet incorporatū: vinū suū à fæcibus separabit, colabit, purgabit, in horreū, in apothecā, & in domū suā cōgregabit. Quare, nemo hîc omniū salutē somninet cū Origine. Pauci erunt salvandi, quemadmodū et in diebus Noæ. Nemo socium expectet, cū stultis illis virginibus, vel sōno se dedat. Curriculū est vita æterna: & cursores, nō cunctatores, braviū accipiunt. Nemo formā mundi, & multitudinis studia, opera, scandala sibi proponat: ad quę iā ferè omnes conformantur, cum incredulis illis 1. Petri. 4. Nemo vincula amoris, fastigia honoris, necessaria vitæ hîc allegās, cum Ananiā & Sapphirā vxore eius, prætendat. Deus sine omni respectu, suos sibi colliget. Non societas operis, mercedis spes, sortis conditio, necessitudinis ratio quenquam conservabit, liberabit, aut in illo tremendo iudicij die adiuvabit. Quare, vigilēt omnes, summi, infimi, rustici, cives, pueri, senes, mariti, vxores, domini, servi: illos novit Dominus; vias eorum considerat: & stertentes, prodigos, otiosos, malos, cum venerit, certò certiùs ad inferos amandabit.

Vigilate ergò: nescitis enim quâ horâ Dominus vester venturus sit. Illud vnū Iesus videtur servis suis in mādatis dedisse, nēpè, vt vigilēt. Ad hoc opus inculcādū, totus ei' sermo deinceps spectat. Illę parabolę, furis, virginum, talētorum, hoc solum docēt. Hocq; op' nō solum laude dignum esse, & mercede magnâ cōpēsādum: verum etiā, si negligatur, graviter puniēdum, & periculosum admodum esse, ōniaq; alia opera perdere, corrumpere, & prorsus coinquinare, & Deo odiosa reddere, denunciat. Et hîc mihi videtur Salvator, nō tā vigilias oculorum, & militū excubias mādare, & cōmēdare; q̃ vigilātiā mētis, vigilātiā rationis, & attētionē quādā vitæ, nobis præcipere. Quod & Paulus ad presbyteros illos Act. 20. vt sibi attēderēt, & gregi, quē paraverat Domin' sanguine suo: & ad Tim. vt sibi attēderet, & doctrinę suę, vt & in illa perseveraret, velle videtur. Nā ita docendo assiduè, inquit, attendendo, vigilādo cautè, ne quę zizania Satanas tritico Domini, te dormiēte, admiscuerit, salvabis teipsū, & qui te audient. Et hāc velle Servatorē vigilādi rationem, docet Thess. suos planissimè Apost. Paulus, cum inquit: Ne dormiamus nos vt reliqui; sed vigilemus, & sobrij simus. Sobrietas

brietas ista docet, quęnā sint vigiliæ illæ, quas expetit Apost. Vigilādum est, sobriè agendum: in ōnibus negotijs, in ōnibus actionibus, in ōnibus studijs, in ōnibus contractibus, in victu, in vestitu, in verbis, in curis, in vitâ vniuersâ, vigiliæ quædā perpetuæ sobrietatis nos circundent. Si Domin⁹ invenerit domum suā revertens, domū, in quā, cordis, crapulâ ventris pollutā, vestium superfluitate onustā, refertā curarum spinis, superbiæ plumis exornatā, vsuræ lucris ditatā, avaritiæ rapinis erectā, irarū, odij, æmulationis fumo, ac caligine obfuscatā, adulterij, lasciviæ, impuritatis sordibus & fæcibus cōtaminatā, redolentē, & co inquinatā, indignabitur proculdubio, & irascetur; nec feret æquo animo, sed succensebit servis tam inhoneste vitam transigentibus. Quis vel pateretur sic tractari domum suam, vel tugurioli, vel caulę alicuius Dominus? Ista dormiētiū opera, inquit Apo. nō vigilantium: ista prodigorum, non frugi servorū: ista mortis, & tenebrarum sunt opera, & testimonia, non lucis & diei. Vtcunq;.n. homines in die ista ꝑpetrare audeant; tamē cupiunt tenebris ista involvi; student illis tegumēta quædā superinducere: nolunt in publicū prodire, in lucē, vel in sermonem hominū proferri, & propalari. Opera verò diei lucem non refugiunt: q̄ vigilant, latebras non quærunt: q̄ sobrij sunt, audacter incedunt. Nocte, inquit Apo. dormientes dormiunt, & ebrij inebriantur. Quibus duobus nominibus mihi videtur omnia peccati genera coprehendisse. Peccatum omne aut somnus est, aut ebrietas. Ebrij planè sunt, fures, homicidæ, adulteri, idololatræ, vsurarij: qui sic manifestè impingūt in legem Domini. Sed nec isti solū transgressores, sed etiamqui sapientes sunt in oculis suis, qui ebrietatem hanc detestantur: transgrediuntur etiā, delicatuli, duri, immisericordes, vani, prophani, prodigi, i. filij noctis & tenebrarū. Annō cognoscent? annon scient? annon intelligent, dicit Dominus, operarij illi iniquitatis, qui comedunt populum meum, quasi comedentes panem? Lethargiâ planè premuntur tales: non excitabuntur, non audient minas, ad cominationes, ad clamorem Domini non attendent. Sic vox Domini clamat ad civitatē, inquit Michæas, & sapiens, qui aliq̄ est, *Tushiah*, timebit nomē eius: cæteri dormitabant, nō expergiscentur. Audite virgā, ô sōnolenti; Et quis illā definivit, & cōstituit? Annō adhuc in civitate istâ familia tota mala? annō thesauri mali, & impij? annō mensuræ parcæ, injustæ, abominabiles? Ista, virgam accersunt: ista opera somnolentorum, non vigilantium, non vrbium: qui *gnirim* dicuntur Hebraicè, à *gnir*, quod suscitare significat: quòd illæ primò è peccati sōno excitarentur. Vtinam verò vrbes Mich. 6.

bes omnes nostræ,& civitates,vt mane surgunt;& noctu vigilant ad opera perficienda:sic hanc etiam vigiliam Servatoris tenerent,&observarent in vitâ,in moribus,in studijs suis:non tum ex eis,veluti ex fonte aliquo corrupto,rivuli omnis impietatis,vanitatis,nequitiæ,in regiones,& villas profluerent,& promanarent. Vtinam,inquam, nominibus & professioni suæ responderent. Sic ad judices ipsos,& magistratus regni, ejus vicem gerentes,in iudicio dormitantes, vt olim

Psal.82.5. Philippus ille Macedonum rex,denunciat Dominus: Nihil norunt, nec intelligunt, ambulant in tenebris, vt filij illi mortis, quos hic nobis describit Apostolus.Omnia (inquit David) fundamenta terræ commota sunt.Ex ignorantiâ enim judicum, & Legis dominicæ,ex oscitantiâ,& quasi somnolentiâ eorum in orphanorū ac pauperū caussis judicandis,ex amore illo tenebrarum, ac terrenorum, ōnia ruunt, omnia concidunt,& pessum eunt,omnia pervertuntur. Dixi,Vos dij estis,& filij Altissimi omnes:hoc glorioso,& honorabili nomine vos extuli,&ornavi:inquit Dominus alicubi per Psalmistā.Sed subjungit; Certè moriemini sicut plebeii homines: & cadetis subitò, sicut vnus principum illorum.Quare,peccatum somnus est apud sapiētes istos: tacitè obrepit, fortiter fascinat,ligat sensus,vt munera sua rectè & iustè obire nequeant. Vigilent ergò omnes: Iudices, cives,iuvenes,senes, domini,servi:& talento suo,dispensationi suæ quisque prospiciat,vt à magno illo Patrefamiliâs,cum venerit, laudentur, commendentur,remunerentur,& honorentur.Hunc somnum fugere nos vult Servator has perpetuas excubias integritatis agere. Quare,etiam dicit Apostolus,Nos qui filij diei sumus,vigilantes simus in mente nostrâ(vt habet *Tremelius*)induti loricâ fidei,& charitatis;& pro galeâ, spe salutis.Sit habitus noster decorus,simplex,securus. Loricam illam fidei pro peccatis,contra ōnia Satanæ tela:loricam charitatis in proximos,contra omnium hominum opprobria,& calumnias:galeam illam verò salutis,contra omnes ictus mundi,carnis,conscientiæ,Satanæ,induamus:& sic armati,animosè,decentèr,vt filios lucis decet,âbulemus.Domus nostræ sint mundæ,& nitidæ.& puræ ab illis sordibus,& peccatorum fæcibus,quas abominatur Dominus noster, quas edicto suo in lege,& in verbo prohibuit.Sint ornatæ & superinductæ totæ auro legis Dei:habitet inter nos abundanter verbum eius: sint manus,mentes,oculi,aures,omnes vires,sensus,in operibus eius,diligentes,intendentes,invigilantes.Et quod Iacobus monet: Quoniam verbo veritatis renascimur in filios Dei,ex filijs iræ,ex mancipiis Satanæ;

Margin notes: 1.Thes.5.8. (beside "dicit Apostolus,Nos qui filij diei sumus"); Iacob.1.18,19. (beside "gentes,intendentes,invigilantes. Et quod Iacobus monet")

tanæ;ſimus ergò omnes veloces ad audiendum verbum iſtud, ad ſemen iſtud cordibus arripiendum:tardi ad loquendum,tardi ad iram. Lingua & ira apud nos ſolent õnia præcipitare:quæ tamẽ juſtitiã Dei non exequuntur. Quare, longè a nobis removentes omnem ſpurſitiem,ſqualorem, immunditiem priſtinam, & abundantiam malitiæ,cum omni lenitate,humilitate,timore,reuerentiâ,recipiamus inſitum ſermonem,qui non ſolùm ſonat in auribus,p præconis vocem, ſed etiam inſeritur ſtatim in cordibus, per Sancti Spiritus operationem, qui poſſit etiam ſaluare animas noſtras.Simus hujus verbi ſeduli,& attenti,non ſegnes,aut ſõnolenti auditores: poteſt enim ex ſe ſolùm ſaluare animas. Vt autem Lex Moſis: ſic jam eſt multò magis lex iſta perfecta: eaque jam non lex oneris eſt, vt illa ſed libertatis: à quâ,nec ad lævam,nec ad dexteram declinare debemus.Quare,huic ſoli inuigilemus,ejus meditationi die ac nocte inſiſtamus, & incumbamus:caueamus etiam,& vigilemus,ne pedes, & greſſus noſtri ab huius arctâ viâ,ab huius ſemitâ,nec ad lævam,nec ad dexteram declinent,ne hanc tranſgrediantur.Et iſta eſt vigilia, q̃ mandat Ieſus: quã commendabit,quam remunerabit.

Illud autem ſcitote, quòd ſi ſciret paterfamiliâs quâ horâ fur venturus ſit,vtiq̃ vigilaret,nec ſineret perfodi domum ſuam. Hac parabolâ etiam iſtam vigilantiam ſuis quaſi inculcat Salvator . Filij huius ſæculi prudentiores ſunt in generatione ſuâ,quàm filii lucis.Galli, columbæ,paſſeres,improbi diuites illi,hanc vigilantiã docent, & inculcãt. Si paterfamiliâs quiſpiam audierit adventum furis,quàm citò convocabit amicos omnes?tela comparabit,portas obfirmabit, nihil non firmatum,& obſeratum relinquet:vigilabit,non vnâ modò noctem, ſed plurimas. Qui ſecuri ſunt ſine timore, ſi nullo rumore perterrefacti,ſi modò ſaturi,ſi affluentes opibus, quàm illi etiam omnia, ſcilicet portas,parietes,feneſtras,vectes,& ſeras confirmabunt?Omnia habebunt firma,omnia ferrea,omnia expedita & parata,ne fortè fures advenirent.Iſta horum vigilantia damnabit oſcitantiam noſtram iſta ſolertia ſtuporem;iſta ſedulitas ſocordiam reprehendet,& coarguet. Imitemur ergò nos prudentes illos patreſſamiliâs. Vigilant illi ne fur ſpoliet;nos vigilemus, ne rex noſter nos ſpoliantes inveniat. Expectant illi hoſtem:expectemus nos amicũ.Metuunt illi ſpoliatorẽ omniũ,quæ habent,bonorum:nos Seruatorẽ,& largitorẽ omniũ bonorũ noſtrorum gratè accipiamus.Ratio hoc jubet, æquitas ſuadet, cõmunis etiã ſenſus hoc præſcribit & imperat. Parabola etiã iſta, vt

 vigilan-

vigilantiam, sic incertitudinem adventus Domini docet, & declarat. Nescit homo horam adventantis furis; & quis scire potest horam advenientis Iesu? Ergò omni horâ illum expectemus, parati simus semper; non nobis annos aliquot definiamus, aut temporis longinquitatem promittamus. Ista annorum descriptio securos nos faciet, & temporis longinquitas somnolentos. Sic cogitemus quotidiè, Veniet hodiè: vt vitam nostram rectè instituamus.

Græca exẽplaria hic habent *quâ custodiâ*, pro eo, q nos legimus, *quâ horâ*. Diviserunt siquidem veteres noctem in quatuor vigilias, seu excubias: quæ explicantur planè à D. Marco, vbi inquit, Nõ cognoscitis quando paterfamiliâs veniet; an vesperi, an mediâ nocte, an gallicinio, an mane. Hæ quatuor sunt noctis excubiæ, & vigiliæ. Vesperũ Apostolorum, & patrũ præteriisse cognoscimus: mediã itẽ noctẽ Papisticã, vbi densissimæ erant tenebræ, & altissimus sõnus: gallicinium quoq; Evangelicũ, Husso, Wiclefo, & cæteris eorũ cõmilitonibus iam tum (reliquis avibus silentibus, & stertentibus) mortalib⁹ canentibus, & altâ voce, ad excutiendũ sõnum istũ hominibus, clamantibus, iam diù præterlapsũ est. Mane ipsum iam sine dubio advenit nobis, sol ipse est breui exoriturus. Rubescit æther, hoc est, iam nunc radii eius rutilant. Nam non galli solùm: sed aves ferè omnes iã canunt, iam vigilant, iam è gravi somno illo Papistico excitantur. Audiamus iã, nõ pastores modò, & gallos illos Domini: sed plebeios, rusticos, gregarios, & oves ferè omnes loquentes magnalia Dei: Evangelicũ proferentes *Osannah*, & hymnos Davidicos buccinantes. Nũquid itaq; potest solis exor us esse longè dissitus, & remotus? Hæc in materiali sole certissima signa sunt exortus: & certè in invisibili illo, non erunt fallacia.

Rom. 13. 11 Quarè, q habet Apost. ad Rom. vt eos ad vigilantiã excitet: idem ego vtiq; hic moneo. Perspiciamus iam τὸν καιρὸν, ipsã opportunitatẽ. Hora iam est exurgendi è somno. Nunc. n. propior est salus nostra, q̃ cũ credidim⁹. Nox processit, dies autẽ appropinquavit. Abijciam⁹ ergò opera tenebrarũ, & induamus arma lucis. Si ista iam tũ illis apta fuerit ad hortatio: quantò magis nobis hoc in tẽpore est opportuna? si eo in tẽpore extitit hora surgẽdi: quãtò magis in isto die exigitur? si salus illa æterna jã tũ illis propinqua fuit: nobis jam nunc adesse & instare debetis tandẽ existimare. Galli, aves õnes, ipsi corvi rapaces, & milvi excitantur, in ore habent olivã Domini, statuta ejus, *Iesapperu*, fusè prædicant: & nõ est turpe aquilas Domini, ejus domesticos, eius fideles, adhuc stertere, nec semet exornare, nec in exortũ solis hujus, dom⁹ suas

mundare,

mũdare, purgare, & verrere. Certò certiùs vltima iã vigilia venit; mane ipsũ iam præsens est; non diù sol ipse est absuturus: nos ergò festinemus, & opportunitatem hanc expectemus, & observemus.

Porrò, ex hisce vigiliis discimus quatuor ecclesiæ status. Nõ enim in vno loco, in vno statu, & conditione sẽper permanebit; quod adversarii veritatis etiam nunc volunt, & acriter contendunt. Vesperum siquidem habet; habet mediam noctem: habet gallicinium, & tempus ipsum matutinum; & habebit brevi solis ipsius etiam exortum.

Proptereà & vos estote parati; quia quâ horâ non putatis, Filius hominis venturus est. Hæc summa omniũ istorũ est: hæc conclusio: hæc doctrina, quam vult nos Servator ex omnibus parabolis exhaurire: nempè, vt parati simus semper: quia veniet horâ vel sagacissimis illis inopinatâ, & minùs expectatâ. Hoc solum est, quod possimus: hoc solum est, quod iam proderit nobis, & saluti animarum; quod manibus, pedibusque eniti debemus, vt parati simus. Nemo Mathematicorum illorum, nullus ariolorum, nullus fidelium, nullus prophetarum, imò nullus dæmonum, vel Angelorum, sciet tempus adventus eius. Quare, fructrà illud scire quærimus, laboramus, & in opere nimis curioso fatigamur. Cessent verò calculationes omnes istorum, collationes temporum præteritorum; cessent vanæ prophetiæ omnes; cesset omne, quicquid humanum ingeniũ hîc excogitare potest. Horâ, quâ nõ putatis, filius hominis veniet, sicut fur, vt loquitur ipse Apocalypseôs 16. Studete potiùs, vt parati sitis: ornamẽta potiùs vobis cõparate; thesauros in cælo congerite; servate vestes, quas dedit vobis benignissimus pater, (non ex pellibus, vt Adamo: sed ex perpessionibus acerbissimis charissimi filii sui,) ne nudi inveniamini. Apoc.16. 15.

Sed quæ sunt paranda? (inquiet aliquis.) quæ præparatio ista, quam iubet Saluator? si scirẽ, non omitterẽ. Illã autẽ nobis D. Lucas proponit: ne quid lateret, ne quid nobis deesset, ne quid hîc prætexeret humana perversitas. Primò, vt thesauros in cęlis reponeremus: secundò, vt staremus, & consisteremus lũbis præcinctis, & lucernas in manibus teneremus ardẽtes: tertiò, nosmet similes hominibus, qui expectãt quãdò dominus suus reversurus est a nuptiis, præbere, & ostẽdere deberemus. Ista debet esse nostra præparatio; hi thesauri nostri, millia scilicet auri & argẽti, nõ in arcis nostris, sed in cælis: nõ in manibus debitorũ, sed in manibus Dei: nõ in mẽsis nũmulariorũ, sed in expẽsis pauperũ. Lũbi nostri, renes, *Celijoth*, qui à *Calah*, cõcupiscere, Hebraicè nomẽ habẽt: i. desideria & cõcupiscẽtiæ circũcingãtur vndiq; restringãtur,

non vagentur quò velint. Αὐτάρκεια illâ Christiana, id est, sufficientiâ, contenti sint homines. Stent serui illi boni: non hîc quiescãt; non hîc sedeant: non hîc figant pacem, tabernaculũ suũ; sed in illam cęlestem patriam ferantur, & illa cęlestia bona exoptent: non AEgyptum hãc, cæparum, porrorum, & carnis; sed illam Canaan, lacte, & melle fluentem, curent, cogitent, & desyderent. Lucernæ autem nostrę sint ardentes. Lucerna est verbũ: lucerna est fides nostra. Correlatiua enim sunt ista. Ardescant, & inflãmentur, accendantur, fructũ ferant. Multi habent lucernam hanc in manu suâ, sed non ardentem: multi habent verbum in ore, sed non in opere: multi habent semen in corde, sed non fructum in horreo. Illi mali serui: isti stipatores stulti: ista terra mala. Expectare demùm debemus Dominum, quando revertetur a nuptijs. Huc vult⁹, huc desideria ꝓpẽdeãt: videre scilicet Dominũ revertẽtem a nuptiis: huc feratur oculorũ & animorũ acies: huc curarum & cogitationum studia: huc labores, fatigationes, sudores omnes. Ista demùm præparatio est, quam præcipit nobis, & à nobis expectat Dominus: thesauros hos cęlestes, renes succinctos, lucernas ardentes, animos eum expectantes. Ista si fecerimus, parati erimus; ista si neglexerimus, vtcunq; diuites in mundo, aureo quasi baltheo circumcincti, facibus plurimis ante & retrò illuminati: pauperes sumus, malè cincti, Cimeriis planè tenebris obsiti, caliginosi, cæci, & extremis miseriis obruti, & circumsepti.

Quis igitur est fidelis servus & prudens, quẽ constituit Dominus super famulitium suum, vt det illis alimentũ in tempore? Quùm in præcedentibus Dominus Iesus generatim omnes docuisset: iam pastores, & dispensatores instruit, admonet, & erudit: atq; vt Lucas docet, sciscitanti Pe-
Luc. 12. 41. tro respondet. Dixit enim illi Petrus, Domine, nobis parabolam illam dicis, an etiã omnibus? Et hac quæstione Petri permotus Dominus, dixit ei: Quis est ergò fidelis ille & prudens dispensator, quẽ Dominus præficiet famulitio suo, vt in tẽpore det demẽsũ? quasi dicat Christus, Hic se ostẽdet quis sit fid⁹: hic quis sit prudẽs. Nõ nomẽ, vel locus, vel laus vulgi, queq̃ apud me cõmẽdabit: sed opus, sed vigilãtia, sed cura, sed familię meę pastio. Et hîc imprimis notare possum⁹, ꝙ quos Mat. hîc nominat seruos: Lucas vocet οἰκονόμους, dispẽsatores: vtroq; nomine idẽ, vnũq; vtrisq; significantib⁹. Sũt.n. ministri Iesu õnes, & etiã ecclesiæ: siuè Petrus, siuè Paulus, siuè Apost. servi sũt, sicut docet ipse Paul. c. 3. ad Cor. 1. Omnia vestra sũt, vobis serviũt. Sũt itẽ dispẽsatores mysteriorũ Dei, serui & ministri Iesu Christi: & inter hos dispẽsatores nullum

lum munus vnius alicujus in domo Dei, amplius,vel honorabilius à
Domino cõstitutũ legimus.Hic Petro præsente,Petro sciscitante, a-
pertè Dominus,si id voluisset,ejus οἰκονομίαν vniversalem,& singularem
in omnes ejus episcopatum,& imperium, proculdubio subjunxisset,
& demandasset. Dixisset profectò,Te præfeci familiæ meæ;tu vigila.
Sed non ita Iesus;sed,Quicunq; est fidelis,& prudens dispensator,vi-
gilet,dispenset,det cibum esurienti tempore opportuno.Non est ali-
quis vnus a me constitutus ad hoc munus:hic quilibet se ostẽdat,quis
nam & qualis fuerit.Sic legimus οἰκονομίαν Pauli inter gentes,3.ad Eph. Ephes.3.2.
Si quidem audistis dispensationem gratiæ Dei,quæ data est mihi a-
pud vos,Hincq; hoc se cognomine appellat ad Timotheum,Doctorẽ 1.Tim.2 7.
scilicet gentium in fide,& veritate.Et 2.ad Tim.1.Evangelij constitu 2.Tim.1.11.
tus sum ego præco & Apostolus,ac doctor Gentium. Et ad Rom.15.
Audaciùs verò,inquit,scripsi vobis,fratres,aliquâ ex parte,veluti com Rom.15.5.
monefaciens vos, propter gratiam,quæ data est mihi à Deo, ad hoc,
vt sim minister publicus ille,λειτουργὸς, Iesu Christi apud Gentes. Hæc
οἰκονομία hæc gratia,illi soli data est;non Petro,nec cuiquã alteri. Hanc
etiam gratiam cognoscentes Petrus,Iacobus,& Ioannes,qui videban
tur columnæ esse in ecclesiâ,&antecessores fuerant Pauli in fide,cum
viderent evangelium inter gentes illi concredi,vt Petro inter Iudæos,
dederunt illi,ac Barnabæ dextras societatis;vt illi apud Iudæos, Pau-
lus verò & Barnabas apud Gentes prædicarent. Hic planè videre licet
quid commissum,quid concreditum fuerit Petro,sivè in illo 21.Ioan Iohn.21.15.
nis.Pasce oves meas;sivè in illo Matthæi 4.Faciam te piscatorem ho- Mat.4.19.
minum;scilicet,authoritas,& dispensatio prædicandi Evangelij,quæ
ad Iudæos,non ad vniversum mundum extenderetur: quia Paulo si-
militer æquè ab eodem Domino,ab eâdem gratiâ,eiusdem dispensa-
tionis & Apostolatus nomine,& authoritate, potestas inter Gentes
Evangelium prædicandi tribuebatur. Dispensatores ergò vtriq; pares
& æquales extitêre.Nec istud dispensationis munus in illis solùm re-
quievit:sed ad posteros etiam in Ecclesiâ,& ad pastores omnes deve
nit.Hinc epistolâ ad Titum Episcopus irreprehensibilis debet esse,vt
Dei dispensator:non superbus,non iracundus,non vinolentus. Hinc Tit.1.7.
Petrus etiam Presbyteros,qui in ecclesiâ Dei sunt, hortatur & ipse v- 1.Pet.5.1.&
nà presbyter, vt pascant gregem Dei:& vt quisque accepit donum, 4.10.11.
ita alius in alium illud subministraret,vt boni dispensatores variæ Dei Rom.12.6.
gratiæ: si quis loquitur, loqueretur vt eloquia Dei:si quis ministrat,
ministraret tanquam ex viribus quas suppeditat ei Deus,vt in omni-
bus

bus glorificetur Deus per Iesum Christum, cui est gloria, & imperium in sæcula sæculorum, Amen. Dispensatoris est ergò pascere, cibũ præbere, eloqui verba Dei, ministrare ac inservire ad salutem omnibus. Quare, dispensatores sunt omnes ministri Iesu: dispensationem sibi quilibet concreditam habet: sed alius alio majorem: non tamen ex omnibus quisquam vniversalem dispensationem. Paulus habuit majorem Petro: dispensatores tamen vtriq;. Sic & cæteri Apostoli iã tunc dispensatores; sed minoris curæ, minoris quilibet provinciæ. Sic itidem in ecclesiâ Christi iam nunc fieri potest, & debet; vt nimirum sint omnes ministri, dispensatores; sed non pares: vt sit Timotheus aliquis, duplici honore afficiens presbyteros laborantes in verbo: vt sit, qui illos non acerbiùs increparet, sed hortaretur cum omni lenitate: vt sit, qui accusationes fratrum audiat & admittat: vt sit vnus aliquis, qui manus iisdem imponeret, & in dispensatorum istorum numerum cooptaret. Istud enim sine dubio præceptum impositionis manuum; vt & illud sequens aquæ potionis, ad Timotheum solum dirigitur. Non quilibet hoc jus, & auctoritatem in familiâ Iesu sibi arrogaret. Vt sit, qui accerset presbyteros, & inter se congregaret, & exhortaretur, idque sæpiùs, cum Paulo 20. Act. vt sint, qui cum Paulo, & Barnabâ, visitarent, ἐπισκέψωνται fratres in qualibet civitate, vbi prædicaverant verbum Dei. Vt sint, qui hanc gerant fratrum curam, vt mittant, qui confirment infirmos in fide; qui consolentur corda, vt nemo commoveatur vllis afflictionibus: qui fidem sciscitentur, & scrutentur, ne tentator ille quid attentaverit, vel prævaluerit contra fidem. Idem enim ille semper permanet: ejus furor non minuitur, sed indies excrescit. Quarè, iisdem munimentis, & præsidiis, quibus & iam tunc, nunc etiam, vel multò magis opus est: vt singulæ ecclesiæ non solùm pastores suos: sed etiam ἐπισκόπους, speculatores, visitatores, consolatores, confirmatores in fide habeant, ne veterator ille vincat, & opprimat inermes: ne labor irritus reddatur agricolarum Domini. Sic in lege, Levitæ omnes dati Aaroni ac filiis eius, & omninò donati sunt, (vt est Hebraicè:) & Aaron, & filii eius, illis præficiuntur, vt sanctè observent sacerdotium suum: hincque Princeps principum ordinis Levitici Eleazer filius Aaronis sacerdotibus dicitur: & ista authoritas, synceritatem, & sanctitatem inter Levitas conservabat. Quid, quòd sint oportet, qui curam gerant viduarum illarum in ecclesiâ: orphanorum etiam & presbyterorum: vt honerentur, & alantur ex ecclesiæ fructibus: vt

Talenta ãpliora, negotiationẽ etiã ãpliorem postulant. Talenta autem omnia dona Spiritus Sancti, vel doctrinæ, vel regiminis, vel roboris, vel obedientiæ et subiectionis, sine dubio complectuntur.

1. Tim. 5.17

Num. 3. 9. & 32.

vt ditiores suas ipsi viduas alant, ne oneri sint illæ ecclesiæ Dei? Ista impositio manuum, Presbyterorum patrocinatio, admissio criminationum, visitatio fratrum, confirmatio infirmorum, viduarum, orphanorum, & seniorum etiam illorum, qui in verbo laborant, victus ex abundanti procuratio, non cuiuslibet dispensatoris, non cujuslibet pastoris, non cuiuslibet servi; sed eorum, qui auctoritate præ cæteris eminuerint, & diù multumq; in verbo Domini laboraverint.

Hanc ergò ego dispensatorũ domus Dei, & servorum ejus (salvo aliorum iudicio, quibus, si quid hac in causâ erraverim, me humillimè submitto) distinctionem, & differentiam, ex sacræ Scripturæ lumine reperio: vt nomen scilicet presbyteri in primordio ecclesiæ comune sit omnibus, & Apost. & pastoribus, & episcopis. Omnes enim hujus familiæ, & gregis Domini præpositi, seniores vel ætate, vel maturitate & judicio esse debent. Vt etiam olim inter Iudæos omnes sacerdotes Levitæ, à *Lava*, addi, seu adjungi, nominati sunt: quasi Domino, vel Aaroni additi, advniti, vel copulati: sic & in ecclesiâ christi, omnes ei[*] ministri, gubernatores, seniores, & presbyteri dicerentur. Posteà tamen hoc presbyterorum nomen ad illos, qui in ministerio summum gradum, & perfectam probationem nacti fuerant, tantummodò fuit accommodatum. Quo in sensu videtur illo vsus Apostolus prioris ad Tim. 5. 19. & patres hinc indè tres ordines solent ministerij semper recensere, scilicet episcoporum, presbyterorum, Diaconorum. Tum Diaconi nomen ministerii sit tãtùm, sivè in victu & corporalibus subministrandis egenis, vt primò institutum est: sivè, vt posteà statim se exhibuit, in verbi ministratione & sacramentorum. Et illud etiam eorũ munus, vt mensis inservirent, ego existimo non tam solùm ad præbẽdum illum panem, ex quo alimur & nutrimur, quàm etiam ad fractionem panis Dominici referendum esse: vt in eius distributione (quòd Diaconi apud nos iam solent) Apostolos adiuvarent. Lucas verò primos illos Christianos refert quotidiè perseverasse vnanimiter in templo, in precibus sine dubio, & doctrinâ: & eam ipsam ob causam, capite subsequente narrat Iohannem & Petrum ascendisse non mane solùm, sed horâ etiam tertiâ pomeridianâ. Et etiam κατ᾽ οἶκον, per domos, sæpiùs primi illi Christiani frangebant panem. Quâ phrasi, illam sacræ cænæ actionem, tanquam per partem eius præcipuam, semper solet Lucas significare. Et Apostolus ipse, illam fractionem panis, quasi mysterium quoddam magnum, & religiosum, in hoc sacramento recensendo, semper retinet.

Ioh. 3.
Act. 20. 17. 28.
1. Pet. 5. 1.
1. Tim. 5. 19.
Act. 6. 3.
Act. 2. 46.
1. Cor. 10. 16

net. Iam verò, illa capita addita ecclesiæ illo primo prædicationis
Act.2.41. Apostolicæ die, post demissum super eos Spiritum Sanctum, scilicet
ter mille: & illi etiam fideles, qui quotidiè salvi fierent, à Domino superadditi, per duodecem Apostolorum manus, illum panem Domini fractum & distributum recipere non poterant. Quarè, necessariò ad munus istud pręstandum alij ministri, & adjutores erant constituendi.
Act.6.4. Tum etiam, quùm Apostoli, (vt ipsimet ibidē testantur) verbi ministerio debeant solùm insistere, & precibus inservire: illud mensarum ministerium, & sacræ cænæ & etiam prophanæ, diaconis ijs, vt est verisimile, imponebāt: & interim in precibus & verbi ministratione permāserunt. Nec ad hoc solū munus & ministeriū coo ptati Diaconi isti fuerūt: sed etiam ad verbi prędicationē, vt occasio semet offerret. Hinc posteà Stephanus diaconus solûm creatus, statim cū Libertinis illis,
Act.6.9. & Cyrenæis, & Alexandrinis cōgrediēs, prædicat Iesū Christū. Philip-
Act.8.5. pus etiā, aliā vocationē nō habēs, cū venisset in civitatē Samariæ, prædicat Iesū Christū; & quotquot credidissent Philippo, qui aperuit illis quæ ad regnū, & ad nomen Iesu Christi pertinebāt, baptizabantur ab illo, tū viri, tū mulieres. Posteà etiā, jussu Angeli, missus est in meridiem
Philippus Azoti inventus, etiam per omnes civitates evangelizabat Cæsareamusq; Hinc dictus Evāgelista, Act. 8.40. & 21.8 vt prædicaret Evangeliū, & baptizaret Eunuchū illū Æthiopē. Iste Philippus Diaconus nō solùm volūtate propriâ, sed approbante etiam hæc facta ejus Apostolorū choro, & Domino etiam instigante, & de cęlo etiam authoritatē hanc ejus & ministeriū corroborante, gerebat. Et quod a tribus ex illis septē factitatum est (Nicolaus enim etiam doctor, licet malus, fuerat) extraordinarium censeri non debet.

Quod verò ōnes diaconi isti prædicârunt, apertè colligitur ex Act 8. ver. 1. 4. & 5. Orta est verò per id tēpus persecutio magna adversus Ecclesiā quę erat Ierosolymis: & ōnes dispersi sunt per regiones Iudęę, & Samarię, pręter Apostolos. Illi igitur dispersi, peragrabāt regionē, Evāgelizātes sermonē Dei. Quinam essent dispersi isti, qui prædicarēt verbū Dei, nisi Diaconi? Nō erāt Apostoli. Et sine vocatione nō est credibile quenquā, illis ipsis tēporibus, ausū id muneris sibi assūpsisse. Diaconi verò soli, quod legimus, vocationem habuerūt. Sed ne quis scrupulus cuiquā remaneret, vnus eorū, qui prędicârant, nominatur ver. 5 vt ex vno disceremus reliquos. Philippus verò quùm pervenisset in vrbem Samariæ, prædicabat illis Christū. Ergò Philippus erat eorū vnus. Et ista eorū prędicatio iterū memoratur cap. 11. ver. 19. vbi etiam adjūgitur, & quibus prædicarūt, & quousq;. Ergò perquam celebris fuit prædicatio eorū. Patria etiam eorū nobis ibidem describitur. Erant

quidem

quidem Cyprij & Cyrenenses; nō erant Iudæi, qui cum Apostolis cō-versationem habuerunt: sed ex Gentibus, qui ad fidem Iesu conversi-sunt. Quales legimus Diaconos electos fuisse, scilicet ex Gentibus, Act. 6. 3. Cap. 11. sic legimus: Illi porrò qui dispersi fuerant ex oppres-sione ortâ ob Stephanum, perambulaverant vsque ad Phœniciam, & Cyprum, & Antiochiam, nemini loquentes sermonem Dei, nisi solis Iudæis. Quidam autem ex ijs Cyprij, & Cyrenenses, cùm intro-issent Antiochiā, loquuti sunt Græcis, evangelizantes Dominū Iesū.

Paulus item ipse longè post sic nobis Diaconos hos delineat, vt sint graves & honesti, non bilingues, non vino multo dediti, non turpis lu cri cupidi. Videtur autem Apostolus & habitum, & linguam, & victū, & conversationem hic eorū instituere. Non enim tam multa necessa-ria in pecuniarum & terrenarum rerum dispensatoribus requiruntur. Iste ministrorum, Scribarum doctorum ad regnum Dei, qui thesauros Domini sui depromunt veteres & novos, habitus, ornatus, gravitas, majestas. Quid, quòd & illud quod sequitur, hoc ipsum magis manife stum reddit? Habentes etiam mysterium fidei, inquit Apostolus; id est evangelium Iesu Christi, (sic enim illud ipsum in varijs Scripturæ lo-cis exprimitur) in purâ, & mundâ conscientiâ. Quorsū opus est Evan-gelij tam perfectâ cognitione, tantâ cordis puritate, & integritate vi tæ, (quæ duo non sunt vulgaria dona, sed omnium sūma, & maxima) in pauperum, & viduarum in rebus corporalibus, procuratoribus, & œconomis? Aliud proculdubio ministerium injunctum & mandatū sibi ministri, & Diaconi isti habebant, in quibus *vrim* & *thummim* re-quirebat Apostolus; id est, integritatem vitæ, & scientię perfectionem Quod mysterium in Lege, tantùm summus sacerdos super pectus su-um gestabat. Atq; hi etiam (inquit) probentur priùs: deindè ministrēt, si sint inculpati. Et quod, quæso, ministrarent ministerium? procul du bio fidei hoc, quod tenent; summum illum thesaurum verbi, cælestes illas opes, quas Iesus Christus eis commendaverat. Nam qui benè mi nistraverint (inquit) bonum gradum acquirunt sibi in regno Dei. In quo, qui servit maximè, habetur etiam maximus, & amplissimis mu-neribus exornatur. 1. Tim. 3. 8.

Talia Diaconorum munera recenset *Cyprianus*, vt nō solū ecclesi-asticæ administrationi præessent, sed etiam cum presbyteris, & exhor tationibus singulos roborare, & lapsorum mentes consilijs salubribus debeant erigere. Episcopus autem & ministerij, & regiminis authori tatem habet: quod etiam nomen ipsum videtur inferre Superintende Cyprian. epist. 40. ad Plebem.

re enim significat aliorum actiones, res gestas, vitam considerare, in speculâ quadam constitutum esse, & vigilis quasi personam sustinere, vt & ministrorum, & ovium, & pastorum, & auditorum errores, & oscitantias, & altos nonnunquam somnos, & seminationem illam invidi hominis, & hostis insultus, & domus Dei decorem, & apparatũ respiceret, & intueretur. Hic honor, & onus, & bonum opus episcopi, qui, veluti pius paterfamiliâs, curam gerat ecclesiæ Dei, ne quid illi, aut cuiquam membro ejusdem desit. Sic enim illum sub typo patrisfa-
1. Tim. 3. 5. miliâs huius boni proponit Apostolus. nam si quis, inquit, domui propriæ præesse nescit, quomodo ecclesiam Dei ἐπιμελήσεται, curabit, aut sustinebit? Videte vt episcopum quasi patremfamiliâs domus Dei faciat, qui illi pręsit & provideat. Cæteros autẽ õnes ministros, diaconos, servos existimet, qui ab hoc patrefamiliâs, & cooptẽtur in ministeriũ, & probẽtur in ministerio; &, si benè ministraverint, duplici honore ab eodẽ exornẽtur. Ista .n. scribit Timotheo Ephesino episcopo Apo. vt sciat, quomodò se gerat in Ecclesiâ Dei, donec ille ad eum veniret. Hanc ergò auctoritatem Timoth. primus episcopus Ephesinus, (vt referunt historici ecclesiastici) ab Apost. sibi datam & traditam habuit; hancq; auctoritatem etiam in doctores, in ministros, in primâ Epistolæ fronte videte: Sicut te precatus sum, vt permaneres Ephesi, cũ proficerer in Macedoniã, vt denunciares, imperares, ἵνα παραγγείλῃς τισὶ μὴ ἑτεροδιδασκαλεῖν, ne diversã doctrinã doceãt, ab Evãgelio scilicet Iesu christi, ab ejus sanis & salutaribus sermonibus, vt posteà illud fusiùs explicat Cap. 6. 3. Videte auctoritatem imperandi in pseudodoctores illos, & falsæ doctrinæ ministros, in hæreticos, ab Apo. ipso Timotheo demandatam. Et talem jam curam gererent episcopi nostri, vt imperarẽt ijs, qui ab Evãgelij puritate vel tantillum decederent. Et ista auctoritas eis, quasi dominis, in pseudodoctores, in seditiosos, in hęreticos, datur, & conceditur; quæ vilesceret apud õnes, nisi aliqua esset in ministris imparitas, & dissimilitudo. Tũ Timotheũ Paul. de precibus instituit, (post istam doctrinæ synceritatis retinendæ curã) vt nimirũ preces fiãt cõmunes, generales, vulgares pro õnibus, & in õni loco, & per vnũ illũ advocatũ nostrũ Iesũ christũ: tũ vt ornatu sint decẽti, & puro corde precãtes viri, & mulieres: in eaq; epistolâ mãdat multa Apo. veluti doctor Gẽtiũ: & q̃ aliâs ferè sẽper rogare, & obsecrare solebat, hic mãdatũ interserit. Volo, inquit, vt precẽtur viri õni loco, levãtes puras man. sine ira, & disceptatione. Quo in loco ritũ quẽdã externũ annectit precibus, (nõ õnes ex ecclesia ritus & ceremonias exterminãs)
ele-

elevationis manuũ; quę etiã Salomõ observasse legitur,in illâ prim. â tẽpli sui institutione, & quasi cõsecratione, 1. Reg. 8. 22. vbi solennes illas preces effundebat. Sic David etiam Psalmo 143. Expandi manus meas ad te: anima mea, sicut terra sine aquâ anhelat ad te. Adeò, vt elevatio ista manuũ, indigentię nostrę planè symbolum fuerit: (sic. n. solent egeni manus extendere.) Et irã, & querelas, lites, rixas, ex Salvatoris doctrinâ, Mat. 5. 13. & diffidentiã, õnẽ dubitationẽ, disceptationẽ ex ejusdem doctrinâ, Mar. 11. 24. planè veluti mala & venena precũ maximè pestifera tollit & secludit. Et iterum alibi; Velim iuniores viduas nubere, liberos procreare, familiã administrare. 5. Cap. 14. Deinde docet Apostolus quales & episcopi, & etiam ministri esse debeãt. 1 Tim. 5. 14.
Et ista omnia scribuntur, vt sciat Timotheus, quomodo se gereret in ecclesia Dei. Ergò ista omnia ejus curæ, ejus etiam sunt munera. Tum hæreseôn, & Antichristi illi gustũ quendam tradit, & ad administrationem illam domus Dei, quomodò Timotheus se haberet erga õnes ordines, descẽdit; senes õnes nõ increparet, sed vt patres hortaretur, iuniores, vt fratres, viduas, præcipuè verè viduas, honoraret vt matres. Et hoc ipsum, quęso, quomodò præstaret, si ipse esset par cæteris? Honor non potest cuiquam vel externo gestu impartiri, nisi qui hunc ipsum impartierit, sit honore, & dignitate aliqua eminentior, ac sublimior. Tum, vt divites suas viduas ipsi alant, vt ecclesia viduis egenis & afflictis provideat, consulit. & mandat. Vt juniores matrimonia cõtrahant: vt presbyteri etiam illi, qui benè præsunt, duplici honore afficiantur; maximè, qui laborant in verbo, & in doctrina: vt ipse acusationes adversus eosdem non admittat, nisi sub duobus, vel tribus testibus: vt presbyteros peccantes palã, corã omnibus arguat: vt cæteri ex eorum redargutione timorem habeant: vt nihil cum præjudicio fiat in ecclesiâ, quæ est domus Dei.

Si ista Timotheo vt Evãgelistæ præciperet Apostolus, nullus esset vsus harum eius epistolarum in ecclesiâ nostrâ, nec ad nostram doctrinam insignes hæ duę epistolæ spectarent; quod fateri esset absurdum, & nostræ ecclesiæ iniuriosum.

Et ista õnia ab Apo. Timotheo pręcipiuntur, cũ hac gravissimâ denũtiatione: Testor coram Deo, & Christo Iesu, & electis Angelis, vt hæc custodias sine præjudicio: nihil faciens, in alteram partem declinãdo. Cujus præjudicium est, eius est & judicium: & qui in alteram partem declinare potest, habet sine dubio trutinam in manu, vt æquitatem servet. Et ista hic solius Timothei perhibentur esse. Si seniores huius administrationis cũ Timotheo participes, vel cũ illo in verbo laborãtes, vel cũ illo rectè gubernãtes, mirum est illos ab hac gravissimâ denuntiatione & cõminatione Apostoli exclusos fuisse. Timotheus jubetur solus, illi mandatur, ille exhortatione istâ animatur; tum, vt nulli

nulli ſeniorum citò manus imponat,illi injungitur;ne peccatorum eorum particeps fiat,quos indignos in miniſterium cooptaverit:vt ſeipſum hic ſervet impollutum,& diætam etiam, quò impoſitum onus meliùs ſuſtinere poſſit. Talis Timotheus epiſcopus Epheſinus:talis ejus auctoritas,talis adminiſtratio,talis ἐπισκοπὴν,vigilia, & procuratio in domo Dei;ſcilicet,vt ſynceri doctores,& paſtores ſint, nec diverſam doctrinam doceant:vt in eccleſiâ inſtituant,vt ſint pro omnibus preces per vnum mediatorem Ieſum Chriſtum:vt ſint inculpati moribus & doctrinâ,ſatis inſtructi,ad hæreticorum dolos profligādos,ne quis aliam doctrinam doceret præter evangelium.Et annon iſta planè omnia,epiſcoporum cura, onera, munera, juriſdictio,& auctoritas apud nos?Quid aliud faciunt epiſcopi noſtri,quam iſta?Et annon iſta munera neceſſaria in eccleſiâ Dei?Iſtam ergò curam gerant epiſcopi;his veſtigijs inſiſtant;Timotheum in his omnibus imitentur. Talis etiam epiſcopus Titus Cretæ conſtitutus:vbi primò illud ἐπιδιορθώσῃς verbum (quod aliqua quaſi rectificare ſignificat, & deficientia ſupplere,& errata emendare,)auctoritatem quandam præ ſe fert. Tum cum illud ipſum repetitur,vt faciat etiam ipſe,quod ſupra etiam Timotheo mādatur; ſcilicet, vt cautè, & cum deliberatione ſummâ faciat & conſtituat per civitates preſbyteros.Videte hic curam multarum civitatum Tito commiſſam:non vnius modò vrbis,vt Timotheo .Tum autoritatem,vt miniſtros iſtos conſtituat. Sic enim ſequitur:Et conſtituas per ſingulas civitates preſbyteros, ſicut ego tibi imperavi. Nec hic, (ſicut nec apud Timotheum)expreſſè aliquos Tito adiungit collegas,ad miniſtrorum,& preſbyterorum horum inſtitutionem, & ordinationem.Tum ſubdit:Epiſcopum oportere refractarijs etiam illis, & vaniloquis animorum ſeductoribus,qui ſunt ex circumciſione, os obturare,ἐπιστομίζειν:qui totas domos ſubvertunt,docentes quæ non oportet,turpis lucri cauſâ.Doctoribus hiſce refractarijs,qui nolunt redigi in ordinē,ſilētiū imponere,os obturare. Et niſi auctoritate prędi tus ſit, niſi illos honoris gradu præcedat,quomodò aliquis poteſt iſta perficere?Nō enim admittent vaniloqui iſti admonitionem vel cōſilium ej⁹,q̄ pari eſt poteſtate.Autoritate igitur majoris coërceātur oportet

Et hic etiā illud annotatione dignum videtur,quod Apo.hic,ſicut etiā apud Tim.duos tātū faciat eccleſiaſtici miniſterij gradus:ſcilicet Epiſcopos & Diaconos,ſeu miniſtros.Et epiſcopū etiā videtur mihi a diacono,ſeu miniſtro,hac parentheſi diſtinguere. Oportet epiſ-

Tit 1.7. copum irreprehenſibilem eſſe,(ὡς Θεοῦ οἰκονόμον) vt Dei diſpenſatorem.

re. O'ικονόμος, & διάκονος planè in quaq; familiâ distinguuntur. Sicut etiam Ruthi legimus cap. 2. juvenem præpositum messoribus, & etiã alios famulos messores, ve. 9. veluti villicum quendã. Et in evangelio, Dominum illum magnum patrẽfamiliâs, non servos, quos sine dubio habuit plures; sed οἰκονόμον, dispensatorẽ suũ ad rationem vocasse. Sic etiam & episcopi, & diaconi, seu ministri nomina propriè accepta, planè opposita videntur. Episcopi autẽ, & οἰκονόμου, seu dispensatoris, quo ad rem ipsam, synonyma, & idem quasi sonantia. Quare, episcopus omnis dispensator est, teste hoc Apostolo Paulo: ministri verò, seu diaconi nomen, non ita propriè in episcopum quadrat. Et tantũ hi duo ordines episcoporum, & diaconorum in ecclesiâ Christi ab Apostolo constituuntur. Deindè, si diaconi hîc nomen & munus tantùm ad ærarij ecclesiastici administratores restringere volunt aliqui; tum nisi vnus ordo erit pastorum, scilicet episcoporum, seu ministrorum, qui docendi munus exerceant in ecclesiâ: & tum omnes ministri episcopi, tum omnes ministri inter se pares, nec aliquis vnus constituetur ab Apostolo, & Sancto Spiritu, qui cæteris præeat, qui collegium seniorũ congregat, qui de negotiis ad collegas referat, qui suffragia colligat, qui deniq; cum opus fuerit, collegii nomine scribat, & loquatur: quem alii superintendentem, alii antistitem, veteres ferè omnes episcopũ appellârunt. Tum sanè ordo iste in pastorum collegio planè subvertetur, nec vnus hic superintendens in quoq; cætu & collegio a Sancto Spiritu apertè designabitur, & constituetur. Sed si vnus aliquis istiusmodi fuerit, ab hominum constitutione, & auctoritate dependebit: quòd illi ipsi, qui hunc cætum & collegium ecclesiasticum constituunt, & definiunt, scio, absurdum admodùm esse iudicabunt.

Postremò, Tito tradens cuiusq; ordinis doctrinam, & officium; senum, iuvenum, seruorum, matronarum, concludit; Ista loquere, & exhortare, & redargue cum omni imperio, cum auctoritate summâ. Videtur auctoritas sũma Tito tradita arguendi, corrigendi, exhortandi, sicut etiam & supra presbyteros constituendi. Istam episcoporum, & ministrorum differentiam, vt hîc constituebat Paulus, sic eandem retinuit in ecclesiâ Philippensium, vbi sanctis omnibus præpositis, & vniverso ecclesiæ corpore salutato, addit: Cum episcopis & diaconis, & ministris: non illos solùm pauperum & viduarum ministros, & diaconos meâ sententiâ salutans, sed verbum potiùs ministrantes. Quo nomine etiam Iesus ipse suos appellare solebat: illos scilicet in ministerio Evãgelij inseruientes. Si quis mihi ministrauerit, me sequatur: &,

&,Vbi ego sũ,illic & minister meus erit:Et,Si quis mihi mini straverit,honorabit hũc pater meus.Istos diaconos tã Deo ipsi charos, & acceptos,hoc loco intelligit Apost.Eãdẽ differentiã & discrimẽ re tinuit jã diù primitiua ecclesia.Episcopi õnes tũc tẽporis pares, & col legę,& cuiq; in solidũ pars Dominici gregis assignatur:&ista tenetur regitur,possidetur a singulis in solidũ, vt loquitur Cyprianus.Nullus adhuc tunc temporis Lucifer,pontifex Romanus, caput suũ exeruit. Hincq; Corneliũ ipsum Cyprianus Carthaginensis episcopus(nõ ali quis ex illis quatuor Metropolitanis,quos Nicęna Synodus introdu xerat)collegã in epistolis suis ad eũ scriptis sẽper appellat. Si in Papa lẽ cathedrã jã tum ascendisset,procax nimis fuisset Cyprianus, qui in hac societate muneris seipsum illi adæquasset.Quis iã episcoporum, imò cardinalium,Papã collegam vocare audet? Illud ipsũ sine hære-seos notâ,sine eius cathedræ læsæ maiestatis crimine,Papa nõ feret.

Sic etiã illis temporibus,diaconi,ministri,pręcones verbi,& sacra-mentorũ administratores,post episcopos fuerant inferioris ordinis. Sic Alipius Augustini episcopi Hipponensis diaconus & minister.Sic Hieronymus ipse presbyter,nõ episcopus. Sic itẽ Origines presbyter erat:& Chrysostomus presbyter Antiochenæ ecclesiæ,& post episco pus Constãtinopolitanus. Hocq; in ecclesiâ Græcorũ in vsu erat: vbi sedes illa superbię,& primatus fastigiũ nunq̃ erat receptũ.Sic Alexã-driæ *Alexãder* episcopus;*Arius* ille insignis hæresiarcha presbyter no minatur:quẽ repulsa,ꝙ episcopus fieri non posset,in hęresin impulit, secũdũ quosdã.Sicq; videmus apud omnes gentes in quavis ecclesiâ, & orientali,& occidentali,hoc episcoporũ,& diaconorũ,seu presby-terorum discrimen retentum esse. *Ambrosius* sic nobis depingit & e-piscopum,& diaconum,Officiorum suorum li.1.c.44.Non pręterea-mus,inquit,S.*Laurẽtiũ*,qui cum videret *Sextũ* episcopũ suum ad mar tyrium duci,flere cępit,non passionẽ illius,sed suã remãsionẽ.Itaq; his verbis eũ appellare cępit,Quò ꝓgrederis pater sine filio?quò sacerdos sancte,sine diacono properas tuo?Nunq̃ sine ministro sacrificium of-ferre consueveras. Quid ergò in me displicuit pater? Num degenerẽ probasti?experire certè vtrum idoneũ ministrũ delegeris.Cui cõmisi-sti dominici sanguinis consecrationẽ:cui cõsũmãdorũ consortium sa cramẽtorũ:huic sanguinis tui negas consortiũ?vide ne periclitetur ju dicium tuum,dum fortitudo laudatur. Abjectio discipuli, detrimẽtũ est magistri.Hic& differẽtiã episcoporum,& diaconorum:hic episco porũ delectum:hic diaconorũ munus nõ deferendorũ sacramentorũ, sed consummandorũ,clarè habemus.Sic *Iacobus* Apost,episcopus Ie-

rosolymitanus : sic *Cyprianus* episcopus Carthaginensis: *Athanasius* Alexandrinus: *Epiphanius* Constantiæ Cypri: *Irenæus* Lugdunensis. In ore duorũ, vel trium testiũ, inquit Salvator, stabit omne verbũ. At hic ego ducẽtos proferre possũ, doctos, pios, in quavis ętate, apud omnes gẽtes insignes, celebres, ad hanc causã corroborandã: qui nó verbo, sed exẽplo suo hanc episcoporũ dignitatẽ confirmant. Istũ autẽ ordinẽ episcoporũ, initiũ sumpsisse ab Apost. docet sacra scriptura. Apost. ipsi episcopi erãt. At Apost. presbyteris, pastoribus, & doctoribus erãt gradu quodã præpositi, vt apparet ex 1. ad Cor. 12. 28. vbi dicit Paul⁹ primò in ecclesiã cóstitutos esse Apost. tũ pastores & doctores: ergò & in ecclesiã episcopi sũt pastoribus & doctoribus superiores. Apost. autẽ fuisse episcopos, cófirmatur ex illo loco Actorũ primo: Episcopatũ ejus accipiat alter: vbi & vox Græca Ε'πισκοπὴν, & He. *Pekudba*, idẽ cófirmãt. Matthias episcopus substitutus est in locũ Iudæ : ergò & cósimiliter reliqui Apost. óness erant episcopi. *Epiphanius* hæresi 79. idẽ cófirmat. Hi ónes electi sunt Apostoli (enumeratis supra Apostolis omnibus) divulgãtes ꝑ terrã Evangeliũ, vnà cũ Paulo, & Barnabâ, cũ Iacobo fratre Domini, & primo epicopo Hierosolymorũ. A quo episcopo, & prædictis Apost. cóstitutæ sũt successiones episcoporũ & presbyterorũ in domo Dei. Hoc *Epiphani⁹* asserit, Gręcę ecclesię episcopus. Idẽ testatur *Cyprianus* Carthaginẽsis, & Latinę ecclesiæ episcopus. Meminisse autẽ, inquit, diaconi debẽt, quoniã Apostolos, i. episcopos, & prępositos Dominus elegit. Diaconos autẽ post ascẽsũ Domini in cælos Apost. constituerant episcopatus sui, & ecclesiæ ministros. Hinc videre licet, testimonio & Latinę, & Grecę etiã ecclesię, horũ episcoporũ ordinẽ supra presbyteros ab Apostolis ipsis esse institutũ. *Clemens* itẽ Alexãdrinus progressiones episcoporũ, presbyterorũ, & diaconorũ facit li. 6. Stromatôn, pag. 137. vbi illud progressionis nomẽ est notatu dignũ: quasi ab vno gradu in alterũ isti translati fuissẽt. Sic *Augustinus* raptus est in presbyterũ, *Valerio* tũ existẽte episcopo *Hipponensi*: at postea creatus episcopus, vt testatur *Possidonius*, in vitâ *Augustini*. Et cótra Aëriũ docet *Epiphanius*, ꝙ munus, & quę auctoritas episcoporũ fuerit. Episcoporũ ordo (inquit) patrũ generator est: patres, n. generat ecclesiæ. presbyterorum verò ordo non potens generare patres, ꝑ lavacri generationẽ, generat filios ecclesię: nó tamẽ patres, & doctores. Et quomodo possibile erat presbyterũ cóstituere, nó habentem manuũ impositionẽ, ad eligẽdũ, aut dicere ipsũ ęqualẽ esse episcopo? & paulò post: Et ꝙ nó potest idẽ esse, docet divinus Apost. sermo quis sit episcopus

copus,& quis presbyter,cũ dicit ad Timotheum, qui erat episcopus, Presbyterum ne objurges;sed adhortare veluti patrem.Quid negotij esset episcopo,vt presbyterum non objurgaret, si non in presbyterum potestatem haberet?Et,Adversus presbyterum ne accusationẽ admisseris,nisi corã duobus aut tribus testibus. Et nõ dixit ad aliquẽ presbyterum,Ne accusationem admittas contra episcopum, vel objurgaret.Hæc Epiphanius 3.Lib.Tom.1, hæresi 75. Ista in Apostolicâ, & primativâ ecclesiâ fuerant graduum ecclesiasticorum munera & discrimina. Posteà apud patres superiores, mutata, multiplicata, mutilata: hincque pro tribus ordinibus ecclesiæ Christi jam tum sufficientibus, episcoporum scilicet, presbyterorũ,diaconorum, fastu illo sacerdotum excrescente,Papa ille plures,majores,& minores ordines suos induxit.

Illos tres,& Apostolorum,& patrum tempore receptos ecclesiastici ministerij gradus,ecclesia nostra retinet,diaconos distinguẽs,& post probationem,presbyteros vocans.Nam q ad Archiepiscopos & Archidiaconos attinet, ego sic sentio;nihil aliud istos esse,(quod etiã nomina eorũ præ se ferant) q̃ primos episcopos,vel diaconos,& ministros ejusdem functionis, muneris,ministerii cũ episcopis reliquis, & ministris:sed amplioris iurisdictionis,latioris provinciæ. Adeò, vt nunc etiam verũ sit illud,quod habet Hieronymus ad Evagrium:Vbicunq;fuerit episcopus,siuè Romæ,siuè Eugubij,siuè Constantinopoli,siuè Regii,siuè Alexandriæ,sivè Thanis,eiusdem est meriti,eius dem sacerdotii.Potentia diuitiarum,& paupertatis humilitas,sublimiorem,vel inferiorem facit episcopum. Cæterùm omnes Apostolorum successores sunt.Hæc ille.Apostoli autem omnes pares:sic ergò omnes episcopi,quoad sacerdotium,quoad muneris functionem sed,sicut in quovis ordine necessariò vnus primus statuitur: &,sicut inter Apostolos ipsos,Petrus primus numerabatur:sic etiam inter Episcopos,Archiepiscopus,primas,vel primus episcopus:& inter diaconos & ministros,vnus Archidiaconus,id est,primus minister censendus,& necessariò statuendus est. Et,sicut sentit Hieronymus, qui plures redditus,qui ampliorẽ nactus fuerat donante principe, & imperatore,iam tum provinciam,sublimior & maior censebatur: sic etiam & in isto tempore. Deum precor,vt Archiepiscopi,& Archidiaconi,venerandi illi patres,sicut ordine primi sunt,sic præcipuè sibi ipsis attendãt, (quod monet episcopos õnes Apostolus Paulus) vt sint, ad exemplum Iesu Christi magistri nostri, mites, & humiles: vt timeant

meant Deum cum omni familiâ: vt servis prospiciant, ne huic sæculo nequam conformentur: vt curijs attendant suis, vt nihil illic μετὰ προκρί-ματος vel πρόσκλισιν geratur, vel decernatur: vt radix illa omnis mali, avaritia scilicet abscindatur: vt juxta canonem verbi omnia gerantur: vt ipsimet, quantum in se est, causas scirent, cognoscerent, dijudicarent: & tunc spero in Domino, omnis illa fratrum in illos, & in curias eorum querelæ cessarent.

Quod ad ipsum verò presbyterium attinet, nomen ipsum duo significat: vel cœtum seniorum, qualem habebant in synagogâ Iudaicâ: vel officium ipsum presbyteratus, seu sacerdotij, quale habent ministri in ecclesiâ Christi. Et in illo loco 1. ad Timot. 4. 14 significaret potiùs officium presbyteratus, q̃ cætum aliquem seniorum. Quid enim nobis cum cætu illo seniorum, qui in ecclesiâ Christi ne semel legitur. At verò, seniores, & presbyteri frequentes sunt in Evãgelio: & indè præsbyterium, eorum scilicet officium, & munus legitur. Quo enim nomine alio presbyterorum illorum officium Græcè exprimere possumus? vt ἐπίσκοπος & ἐπισκοπή, episcopus & episcopatus dicitur, sic πρεσβύτερος & πρεσβυτέριον; presbyter, & presbyterium dicitur, eius scilicet munus & officiũ. Relata sunt hæc, & conjugata. Est ergò hic sensus loci illius Apostolici: Ne negligas donum istud sacerdotij, seu presbyteratus, quod datum est tibi per prophetiam, & impositionem manuum. Loquitur hîc de dono quodam Paulus; & non loquitur de dono Sancti Spiritus: quod non datum est illi per prophetiam: sed prophetandi muneris auctor & fons fuit. Propter prophetiam verò eius datum est ei officium illud presbyteratus: vel propter precedentes de eo prophetias Sancti Spiritus: vt aliqui interpretantur.

De Presbyterio.

Quod si quis velit illam alteram presbyterij significationem hîc admitti: tamen ille locus Apostoli 2. ad Timoth. c. 1. clarè docet, authoritatem ordinationis huius, solius Pauli fuisse. Excites, inquit, donum quod in te est, per impositionem manuum mearum. Ille solummodò authoritatem huius doni largiendi habebat: vt & in alio negotio Moses impetrandæ victoriæ a domino: licet eius manus sustentatæ erant ab Aarone & Hur. Mosis manus largiuntur victoriam, licet ei adiutores adjuncti Aaron, & Hur. Sic etiam in isto negotio, authoritas impositionis solius Pauli erat; licet seniores aliqui in societatem adhibiti; quod etiam & diversitas articuli quodammodò potest innuere. Donum illud habuit Timotheus per impositionem manuum Apostoli; at cum impositione manuum presbyterij.

O Apud

Apud Iudæos tale collegium seniorum instituebatur: & dicitur ab Apostolo πρεσβυτέριον, Act. 22. 5. & dicitur sæpius alibi συνέδριον, Mat. 5. 22. & Act. 22. 30. Sed Christus Iesus tale collegium in regno suo nunquam ordinavit. Non hic seniores aliquos, sed ecclesiam totam, totum corpus ejus, omnes spirituales, & sancto suo Spiritu præditos vult judices, arbitros, rectores in domo suâ, in suâ politiâ: neminem excludit ab hoc munere: neminem hic præponit. Ad dirimendas lites, infimi in ecclesiâ possunt eligi: 1. Cor. 8. Quodcunq; duo vel tres, non seniorum, sed infimorum, in nomine ejus petierint, soluerint, ligaverint; erit concessum, ratum, firmatū in cęlis. Hinc illud eius in cō tumaciâ fratrum in nos peccantium, Dic ecclesiæ: non, Refer ad presbyterium, vel ad seniorum collegiū. Et, Si ecclesiæ non obedierit, sit tibi veluti Ethnicus, & Publicanus. Amē dico vobis, quæcunq; legaveritis super terrâ, erunt ligata in cælis: & quæcunq; solueritis super terrâ, erunt soluta in cælis. Et iterum dico vobis, Quòd si duo ex vobis consenserint in terrâ de alquo negotio: quod petierint, fiet a patre meo in cælis. Vbicunq; enim duo vel tres congregati fuerint in nomine meo, illic ego sum in medio eorum. Hinc auctoritas emergit ecclesiæ, non presbyterij, vel seniorum, in peccatis soluendis pænitētium, vel ligandis præfractorum. Hinc excōmunicationis s. ve[illegible]as, & absolutionis suavitas, ex hoc firmissimo & certissimo Servatoris promisso. Hinc pastori ecclesia sua adjūgitur: hinc Petro oves suę omnes & singulis pastoribus greges sui. Hanc auctoritatē excōmunicandi, admittendi, condonandi, communē cum pastore, ex hoc loco habet ecclesia, quę data fuit Petro in personâ ōmniū apostolorū 16. Mat. & itē Apostolis omnibus pręsētibus 20. Ioannis. Eadē hic, æquè ampla etiā ipsi ecclesiæ a Servatore cōceditur. Nullū hic meâ sententiâ seniorum collegiū instituitur; sed ipsū vniversum ecclesiæ corpus hoc privilegio donatur. Nec ordinādi ministros: sed exterminandi malos, potestas huic tantùm conceditur. Et huius doctrinæ praxin, & exercitiū
2. Cor. 2. 10. salubre tradit nobis Apost. ipse 2. ad Cor. 2. Cuicūq; quid cōdonatis, & ego: & etiā ego, si quid cōdonavi, κεχάρισμαι, cuicūq; cōdonavi, propter vos id feci, in personâ Christi: ἐν προσώπῳ χριστοῦ. Quo sensu etiā ipso προ-
Gal. 2. 6. σώπου nomine vtitur Apost. 2. ad Gal. eius legatus, eius iā quasi perso-
2. Cor. 5. 3. 4 nā sustinēs. Et alibi; Cōgregatis vobis in nomine Domini nostri Iesu Christi, cū meo spiritu, qui iā absens corpore præsēs autē spiritu, iā vt præsēs iudicavi, vt is, q̄ hoc ita perpetravit, cū potestate Domini nostri Iesu Christi tradatur Satanæ. In hac ergò actione excōmunicādi, tradendi

dēdi Satanæ,& etiā recipiendi iterū in gremiū ecclesiæ,necessaria est auctoritas & consensus pastoris,& ecclesiæ.Sic Iesus docuit; sic Paulus ipse fecit : & vnius alicuius hic sententia est minùs firma, minùs rata,minùs ponderosa.At hæc est ecclesiæ auctoritas, non seniorum: & hoc est excommunicationis,non ordinationis. Tum omnes seniores , & presbyteri,pastores erant,vt apparet ex 20.Actuum. vbi omnes hortatur Paulus ad pascendū gregem:& etiā ex prioris Epist. Petri c.5.vbi similiter Petrus omnes presbyteros hortatur quantū in se est, vt gregē pascerent.Nullos hic ego presbyteros,gubernatores lego;sed pastores.Pascendi hoc munus omnibus,& apud Petrū & Paulum iniungitur.Tum,si fuit aliquod tale seniorum collegiū , nō est verisimile totū illum ordinē presbyterorū cū episcopo simul manus imponere vel potuisse convenienter,cum multi essent,vel debuisse iure,cum nullum ejusdem extet præceptum Evangelicum.Sed sicut Epistolas suas dictauit solus Apostolus,& earum author fuit: aliorum tamen fratrum consensum,&nomina etiam,in Epistolarum ferè ōniū exordijs præposuit,vt impleret illud magistri,ac Servatoris nostri documentū,De quocunq; duo vel tres vestrū cōsenserint in terris, idē erit ratū in cęlo:& etiā,qui suos ōnes nō sigillatim,sed cōiunctim si fieri possit,vt cæteri omnia,sic etiā, orare sēper docuit: vt illud Pater noster,&,Da nobis panē nostrum:planè insinuat & confirmat: sic videtur mihi Apostolus in actione istâ impositionis manuū, ob cōsēsum, & cōmunionē hanc Christianā,ad illud Servatoris,& capitis nostri præceptū adimplendū, ac firmissimū promissū consequendū , ex primoribus fratrū quosdā sibi asciuisse, qui in actione illâ impositionis manuū sibi adiungerentur:licet ordinatio ministrorū illorum,auctoritas actionis illius,eius erat solius.Hic mos erat apud Christianos humiliare se:non omnia quæ possent prę̄stare in auctoritate summâ, & in potentiâ maximâ,auxilia petere infirmorū.Sic rogat Apostolus Philemonem illum pro servo suo Onesimo ex charitate,cum ꝓ auctoritate illi imperare posset.Sic prædicat gratis, cū posset stipēdiū exigere.Sic in ordinationibus suis episcopi nostri facere solent.

χειροτονία illa etiam 14.Actuū, nihil meâ sentētiâ facit,vel ad presbyterium illud stabiliendum,vel ad manuū impositionē istā cōfirmādā: cum significet,(vt verbum ipsum Grę̄cum compositum præ se fert) manuum extentionē:i.approbationem aliquam:nō manuum impositionem.Sic D.Lucas,præter laudem,& commēdationem, quam habuit apud ōnes ecclesias ob evangeliū suum, χειροτονηθεὶς approbatus

legitur 2. Cor. 8.19. ad gratuitam illam ecclesiarum eleemosynam deferendã. Et hanc χειροτονίαν, & ecclesiæ approbationem in manuum suarum impositione, cum inter ignotos versabantur Apostoli Barnabas & Paulus, acceptârunt. Hinc in Iconio, Lystrâ, & Antiochiâ, civitatibus maximis, & populosis, cum in transitu suo, & singulorum mores, & conversationem perquirere, & perfectè tenere non possent, χειροτονήσαντες, id est, ecclesiarum hanc approbationem admittentes, illis ministros, & pastores constituerunt, & ordinârunt. Impositio verò manuum, & ordinatio, solius erat Barnabæ, & Pauli, non totius presbyterii, vel populi.

Epist. 33. *Cyprianus* hanc plebis approbationem, & ius in ordinandis (vt ille loquitur) clericis, suo etiam testimonio, & exemplo confirmat. In ordinationibus clericorum, fratres charissimi, solemus, inquit, vos ante consulere, & mores, ac merita singulorũ cõmuni consilio ponderare. Hoc morũ scrutinium populus habuit: hinc populi suffragia desiderabãtur. *Chrysostomus* etiam hanc approbationem populi agnovit; sed authoritatem episcopi maiorem. Gravem esse episcopum debere asserit; sed minimè fastuosum, & terrificum; sed humanum, & visendâ maiestate principem; sed omnibus tamen appellandis comem, eundemq; integrum, officiosum; humilem, sed minimè servilem: acrem quoq; ac vehementem esse convenit, sed tamen mansuetum, vt nullo ipse negotio contra illa quæ dixi omnia depugnare possit: tum verò eum, qui idoneus visus fuerit, magnâ cum authoritate, ac libertate, quanquam omnibus reclamantibus, in medium protrahere possit. Rursus eũ, qui alius cõpertus fuerit, cum eâdem illâ authoritate ac libertate, vt etiam omnes conspirent, non admittere. Deniq; vt nihil in cujusquam vel gratiam, vel odium, facere conatus, ecclesiasticæ vnius ædificationis decus, & commodum tantum spectet. Hæc *Chrysostomus* populo approbationis suffragia largitur: at istam vel admittendi, vel repellendi, episcopo soli authoritatem tribuit.

Lib. 3. de Dignitate sacerdotali

Hanc item ecclesiæ approbationem adhuc observant etiam episcopi nostri in ministrorum institutione; vel aliam, illâ magis certam: non totius multitudinis, manuum protensionibus significatam, sed optimorum, & probatissimorum è quolibet cœtu, vbi minister ordinandus, educatus fuerat, subscriptionibus testatam: vt ita & famam ejus, & vitæ conversationem, & religionis zelum perfectè teneant. Atq; vtinam, vt hic mos ab episcopis, in re tanti ponderis & momenti retinetur, sic etiam sanctè observaretur à testibus hisce, qui sæpè non incon-

inconsultò manus protendentes, sed summâ cum deliberatione manuum scripturam adhibentes, vel lucri, vel favoris, vel amicitiæ prætextu, indignos in ministerium subrogant. Meâ sententiâ, qui hic falsum testimonium perhibent, in illud præceptum Domini gravissimè peccant; & non infamiæ publicæ, (vt apud nos mos est in falsarios;) sed æternæ penæ supplicio jure merito digni sunt. Nam re verâ ex hoc falso testimonio, tam multi sunt in ministerio Evangelij depravatis moribus, suspectæ religionis, & hoc tam excellenti munere planè indigni. Sic de moribus ministrorum, (quorum est maxima querela hoc seculo apud vulgus,) possunt imponere vel episcopis vigilantissimis testes falsi isti. De doctrinâ verò & sacrarum literarum cognitione, non item. Sed si quos ex hac parte cæcos, vel luscos, vel nouitios ordinaverint; ipsimet planè episcopi hujus criminis in Dominum suum sunt rei.

At vnus locus est adhuc reliquus, qui etiam in ecclesiâ Christi hoc presbyterium videtur stabilire. Qui benè præsunt præsbyteri, (inquit 1. Tim. 5. 17
Paulus) digni sunt duplici honore: maximè, qui laborant in verbo. Ergò, inquiet aliquis, sunt seniores aliqui in ecclesiâ, qui regunt tātùm, præter eos, qui docendi munere funguntur. At Apostolus Paulus alibi has ambas partes & προστασίας, & διδασκαλίας, & regiminis, & prædicationis, pastori, & ministro attribuit: vt apparet ex primæ ad Timo. 3. vbi 1 Tim. 3. 2. 3
episcopum non solum aptum ad docendum; sed etiam domum suam rectè gubernantem, describit: vbi illud etiam προϊστάμενον habetur. Quare, pars est muneris episcopalis auctoritas ista, & non seniorum aliquorum. Eadem munera combinat in pastore etiam 1. ad Thess. 5. 12. Rogamus vos, fratres, vt agnoscatis eos, qui laborant inter vos, & præsunt vobis in Domino; τοὺς προϊσταμένους ἐν κυρίῳ: vbi & labor in verbo, & auctoritas iste in pedo, in regimine gregis, (vti etiam in superiori loco ad Timot. 5) copulantur simul, & ad ministrum Evangelij referuntur. Quare, hi duo loci satis sunt ad illustrādum etiam illum locum superiorem: Apostolum etiam illic loqui de pastoribus Evangelicis, & non de presbyteris. Quorum pastorum quùm aliqui excellant in authoritate regiminis, alij in distributione verbi, (rarò enim hæc duo dona in summo gradu in vnum aliquē conveniunt) vult Apostolus Timotheum, & etiam omnes episcopos, majorem æstimationem ejus facere, qui laborat in verbo, q̄ eius, qui authoritate tātùm moderandi gregis, & non tam insigniter dono illo altero præditus est.

Vt Pater me misit, inquit Iesus ad Apostolos, sic ego mitto vos, nō

legitur 2. Cor. 8.19. ad gratuitam illam ecclesiarum eleemosynam deferendã. Et hanc χειροτονίαν, & ecclesiæ approbationem in manuum suarum impositione, cum inter ignotos versabantur Apostoli Barnabas & Paulus, acceptârunt. Hinc in Iconio, Lystrâ, & Antiochiâ, civitatibus maximis, & populosis, cum in transitu suo, & singulorum mores, & conversationem perquirere, & perfectè tenere non possent, χειροτονήσαντες. id est, ecclesiarum hanc approbationem admittentes, illis ministros, & pastores constituerunt, & ordinârunt. Impositio verò manuum, & ordinatio, solius erat Barnabæ, & Pauli, non totius presbyterii, vel populi.

Epist. 33. *Cyprianus* hanc plebis approbationem, & ius in ordinandis (vt ille loquitur) clericis, suo etiam testimonio, & exemplo confirmat. In ordinationibus clericorum, fratres charissimi, solemus, inquit, vos ante consulere, & mores, ac merita sin[...] ponderare. Hoc morũ scrutinium populus h[...]

Lib. 3. de Dignitate sacerdotali. derabãtur. *Chrysostomus* etiam hanc [...] sed authoritatem episcopi maiorem [...] asserit; sed minimè fastuosum, & te[...] maiestate principem; sed omnibu[...] demq; integrum, officiosum; hum[...] quoq; ac vehementem esse conv[...] lo ipse negotio contra illa quæ di[...] rò eum, qui idoneus visus fuerit, [...] te, quanquam omnibus reclam[...] sit. Rursus eũ, qui alius cõpertus [...] libertate, vt etiam omnes conf[...] hil in cujusquam vel gratiam, ve[...] cæ vnius ædificationis decus, & commun[...] *Chrysostomus* populo approbationis suffragia largitur: at istam vel admittendi, vel repellendi, episcopo soli authoritatem tribuit.

Hanc item ecclesiæ approbationem adhuc observant etiam episcopi nostri in ministrorum institutione; vel aliam, illâ magis certam: non totius multitudinis, manuum protensionibus significatam, sed optimorum, & probatissimorum è quolibet cætu, vbi minister ordinandus, educatus fuerat, subscriptionibus testatam: vt ita & famam ejus, & vitæ conversationem, & religionis zelum perfectè teneant. Atq; vtinam, vt hic mos ab episcopis, in re tanti ponderis & momenti retinetur, sic etiam sanctè observaretur à testibus hisce, qui sępè non incon-

inconsultò manus protendentes, sed summâ cum deliberatione manuum scripturam adhibentes, vel lucri, vel favoris, vel amicitiæ prætextu, indignos in ministerium subrogant. Meâ sententiâ, qui hic falsum testimonium perhibent, in illud præceptum Domini gravissimè peccant; & non infamiæ publicæ, (vt apud nos mos est in falsarios;) sed æternæ penæ supplicio jure merito digni sunt. Nam re verâ ex hoc falso testimonio, tam multi sunt in ministerio Evangelij depravatis moribus, suspectæ religionis, & hoc tam excellenti munere planè indigni. Sic de moribus ministrorum, (quorum est maxima querela hoc seculo apud vulgus,) possunt imponere vel episcopis vigilantissimis testes falsi isti. De doctrinâ verò & sacrarum literarum cognitione, non item. Sed si quos ex hac parte cæcos, vel luscos, vel nouitios ordinaverint; ipsimet planè episcopi hujus criminis in Dominum suum sunt rei.

… adhuc reliquus, qui etiam in ecclesiâ Christi hoc
… Qui benè præsunt præsbyteri, (inquit 1. Tim. 5. 17
… e: maximè, qui laborant in verbo. Er-
… aliqui in ecclesiâ, qui regunt tãtùm,
… funguntur. At Apostolus Paulus alibi
… διδασκαλίας, & regiminis, & prædicatio-
… t: vt apparet ex primæ ad Timo. 3. vbi 1 Tim. 3. 2. 3
… ad docendum; sed etiam domum su-
… ibit: vbi illud etiam προϊστάμενον habetur.
… opalis auctoritas ista, & non seniorum
… mbinat in pastore etiam 1. ad Thess. 5.
… gnoscatis eos, qui laborant inter vos, &
… προϊσταμένους ἐν κυρίῳ: vbi & labor in verbo, &
… imine gregis, (vti etiam in superiori lo-
… mul; & ad ministrum Evangelij referuntur. Quare, hi duo loci satis sunt ad illustrãdum etiam illum locum superiorem: Apostolum etiam illic loqui de pastoribus Evangelicis, & non de presbyteris. Quorum pastorum quùm aliqui excellant in authoritate regiminis, alij in distributione verbi, (rarò enim hæc duo dona in summo gradu in vnum aliquẽ conveniunt) vult Apostolus Timotheum, & etiam omnes episcopos, majorem æstimationem ejus facere, qui laborat in verbo, q̃ eius, qui authoritate tãtùm moderandi gregis, & non tam insigniter dono illo altero præditus est.

Vt Pater me misit, inquit Iesus ad Apostolos, sic ego mitto vos, nõ

solùm prædicare, sed etiam ministerio meo alios substituere. Hinc au ctoritatem suam, meâ sententiâ, Apostoli, illiq; soli, vt & prædicandi, sic & ordinandi alios, acceperunt. Episcopos autē omnes successisse Apostolis, & eorum esse in ecclesiâ successores, tritum est, ac receptū apud patres. Hinc Hieronymus ad Damasum episcopum Romanum, Qui omnes Apostolos honore sequeris, nō Petrum sequaris, & meritò. Ita cū duodecim in solio iudicaturus sedebis. Et epistolâ 41. cōtra Mōtanistas: Apud nos episcopi tenent locū Apostolorū: apud eos tertius est ordo episcoporū. Ergò, vt Dominus Iesus solus à patre: sic isti Apostoli à Principe pastorum illo, & isti episcopi nostri ab illis antecessoribus suis, potestatem hanc in ecclesiâ Dei habent.

Timotheus ipse mandatum accepit ab Apostolo, cōmittere fidis hominibus illa doctrinæ capita, quę ab illo acceperat, p multarum scilicet scripturarū testimonia confirmata, q̄ alios itē eadē docere possent. Timotheo hic iterū delectus doctorū & fideliū ministrorū iniūgitur: illi hoc præcipitur ab Apostolo, & nullis alijs. Cur nō itē iam episcopi nostri, certis hominibus cōcionādi munus delegare possūt?

Gradus verò inter dispēsatores dom' suæ administrationis, & auctoritatis, non solū donorū & gratiarū spiritualiū, constituisse Dominum

1.Cor.12,28 Iesum, docet nos apertè ille locus Apostoli 1. ad Cor. 12. Primò cōstituit Apostolos: secūdò prophetas: tertiò doctores, & pastores: tū potestates, dona sanationū, gubernationes, genera linguarū. Quarè, cū ōnes isti dispēsatores sint (vt docet D. Petrus) multiformis gratię Dei: tamē non ōnes pares sunt. Primū locum tenent Apostoli, & eorū successores: secundū prophetæ (si quos Dominus excitaverit:) tertiū pastores & doctores: tū deinceps cęterę fūctiones, & gratiæ, vnaquęq; suum locū habet, & ordinē. Istā itē distinctionē donorū, & graduum, meminit Apost. ad Rom. c. 12. Vt in corpore multa mēbra habem', inquit, at ōnia mēbra non vnā habent operationē: sic multi vnū corpus sum' in Christo, & vnusquisq; aliorū mēbra. Habētes ergò dona, secūdū gratiā nobis datā, differētia, sivè prophetiā, fit secundū fidei analogiā: sivè ministeriū, in ministratione: sivè doctor, in doctrinâ versetur; sivè cōsolator, in cōsolatione: sivè distributor, in simplicitate: siuè prępositus, in studio, curâ, & vigilantiâ. Sic varias functiones sortiuntur membra Christi, dispares dignitate, varias praxi, necessarias vsu.

Et hic mihi videtur Apost. vniversum corpus ecclesię instruere, & omnia eius membra ad functiones suas ritè peragēdas quasi erudire. Prophetas vt oculos, ministros vt vbera, doctores & cōsolatores, velu

ti ora vult esse corporis huius. Et istos ões vult munera sua exercere non iuxta libidinẽ suã, vel depravatæ naturæ impetũ: sed iuxta analogiã fidei, quę ex verbo Dei proportionẽ, & formã suã sortitur. Illud.n. Secundũ analogiã fidei, & ad prophetas in scripturis interpretãdis: & ad ministros, siuè episcopos in regimine; siuè ad presbyteros in sacramẽtorũ administratione; & ad doctores in doctrinã; & ad pastores in consolatione, & exhortatione suã referri debet. Hæc sola sunt mẽbra ecclesiastica, & illa harum partium munera, & hic ipse horum munerum gnomō quasi, & regula. Cum hoc modo Apost. ipsũ ministeriũ ecclesiæ instruxisset, iã videtur mihi ad Remp. & ad alias partes descẽdere, & inprimis ad manus (ꝙ hæ sunt, secundũ Aristotelẽ, organũ organorũ) devenire. Qui dat, inquit, ꝙ est omniũ, det in simplicitate sine ostẽtatione: ne sciat sinistra tua q̃ faciat dextra. Hic quisq; nec laudes hominũ, nec Lazarũ vlceratũ, sed Deũ pręcipuè respiciet. Tũ ad capita ipsa, ad præfectos, & moderatores descendit. Qui præest, inquit, hoc faciat cum studio: vnusquisq;, sivè rex, sivè magistratus, siuè paterfamiliâs, curã gerat provincię suæ. Sine vigilantiã istã, nil rectè succedit. Tum ad privatos transit. Qui miseretur, inquit, faciat hoc ipsum alacriter. Hic docens item, ꝙ apud Ephesios repetit: Sitis ad invicem ões (qui subditi estis, q̃ magistratibus paretis) benefici, misericordes, condonãtes adinvicẽ, sicut & Iesus nobis condonavit. Illa cura principũ est, & superiorũ, & ista misericordia, humanitas, bonitas subditorũ, & inferiorum. Ista præcipua, & peculiaria membrorum munera, & officia: iã sequuntur apud Apostolũ generalia quædã, & omniũ cõmunia. charitas sine simulatione, odium mali, mutua benevolentia, submissio, & humiliatio, patientia, & in precibus perseuerantia. Sicq; corpus ecclesiæ, & eius membra, & eorum munera proponit nobis Apostolus: non ecclesiastica munera tantùm, vt quidam volunt.

Sed vt his missis, revertamur ad id quod proposuimus: quàm necessarium munus hoc sit episcoporum in ecclesiã, nemo est, opinor, q̃ vel simplici oculo & statũ pastorum, & hominũ considerat, quin vnà mecũ fatebitur necessariũ esse nõ solũ vt sint pastores, & doctores, qui pascant & doceant: sed etiã episcopi, superintendentes & pastoribus & ovibus. Nonnunquã ab illis porcis, quibus nimis sæpè pastores illi margaritas Domini projiciunt, insultus & impetus fiunt. Nonnunquam etiã luporum in ovilẽ hoc Domini incursus sunt, & hęreticorũ invasiones. Pastores ipsi aliquando cæcutiunt: & qui oculatissimi sũt, tamen seipsos non vident: (oculus.n. non videt se:) oves aliquãdo aberrant,

 errant,

errant,immò nonnunquam oblatrant,& contra naturam,admirabili planè metamorphôsi, in porcos mutantur, & impetus in pastores faciunt.Quis est,qui non [illegible] superintendentem,speculatorem,auxiliatorem,necessarium esse in hoc rerum statu, affirmabit ? Precemur omnes Deum patrem,vt verè hoc eximium munus in domo suâ obeant præpositi isti,vt sint verè episcopi,verè [illegible], præpositi,duces,verè oculi,ne quid fæcis terrenæ,vel popularis auræ, vel principũ gratiæ,vel tyrãnorum minæ,vel calumnia hominũ, & fallorũ fratrum virulentia hoc lumen eorũ obscuret, hãc vigilantiam eorum minuat, hãc curam eorum & sollicitudinem impediat,aut retardet:quod det Dominus,per Iesum Christum principem solum omnium pastorum, & omnis boni in ecclesiam suam vnicum fontem;Amen.

Luc.22.25. Sed ille locus Evangelij, *Reges gentium dominantur eis;inter vos autem non sic erit*;videtur tollere omnes gradus in ministerio ecclesiastico,inquiet aliquis.Si enim in regno politico distinctiones dignitatũ, & officiorum haberi debent,tum in regno ecclesiæ ita esse minimè convenit:sed omnes pastores æquales sunt ex hoc loco,nec minister vnus in hoc regno alio esse debet functione,auctoritate, dispensatione,superior. Omnis pastor jã,& minister cujusq; villæ,qui verbum docet,episcopus est,nec inter speculatores Domini vlla est differentia.Sed non rectè hic locus intelligitur,si talis sensus eruatur. Nam si hic ista fuerat sententia Domini Iesu;tum ipse posteà sibimetipsi adversaretur:tum vnum tantum gradum pastorum & præconũ in ecclesiâ suâ constituisset.At in ecclesiâ Apostolicâ constituti sunt, primò Apostoli:secundò,Prophetæ:tertiò,Evangelistæ:quartò,pastores, & doctores. Ergò hic locus gradus omnes in ministerio ecclesiastico minimè tollit,cum perspicuum sit gradus varios posteà,& dignitatis & jurisdictionis,& munerum constitutos esse à Servatore ipso.Et isti gradus non successione quadam; sed simul in Ecclesiâ clari ac manifesti apparebant.Simul enim erant & Apostoli plantantes, & visitantes,& Prophetæ irrigantes,& pastores pascentes, & doctores extirpantes.Ergò simul distincta munera ministrorum.Et si ecclesia prima virgo & incorrupta,(nõ repugnante hac Servatoris sententiâ)plures gradus ministrorum & dispensatorum suorum sortita fuerat;quid ni item ecclesia nostra vetula,& decrepita, simile servitium, & ministerium haberet? Eædem plantationes, irrigationes, pastiones, extirpationes jam necessariæ. Hic ergò locus majores illos, (quorum meminit etiam hoc loco Servator) instruit, non destruit: columnas

illas

illus ecclesiæ, (quales Iacobus, Cephas, & Ioannes) stabilit, non evertit: illos episcopos & superintendentes, (quales Titus & Timotheus) docet quales sunt, non diruit, aut prohibet ne omnino sint. Non habent isti omnes stationem in militiâ Domini (licet sublimem) similē regibus, tribunis, proconsulibus; sed longè diversam. Pharaoh rex ille Ægyptiacus imponebat subditis suis onera gravissima: sic illi Pharisæi superstitiosi, in regno ecclesiæ, quæ nec ipsi vellent digito attingere. Herodes ille Iudaicus crudelis necat infantes, rumore quodam perterrefactus. Nebuchadnetzer Babylonius ambulat elatiùs in Palatio suo, & gloriabundus loquitur; Annon hęc Babylon magna, quā ego ædificaverim regiam magnificentiæ meæ? Ahasuerus ille Assyrius neminem, nisi vocatum, sub pœna mortis, ad colloquium admisit. Iste dominatus regum ethnicorum: tale eorum imperium. At non sic gerent se in domo Dei maiores, columnæ, dispensatores Iesu Christi. Non erunt graves, oneribus superimponendis: sed faciles, oneribus sublevandis: non crudeles, morti tradendo: sed salutares, vitæ restituendo: non morosi, severi, rigidi, arcendo supplices: sed benigni, comes, mansueti, amplexando omnes. Sic Iesus magister eorum, verè magnus: & tamen servus, & vt qui ministrat, inter eos, sermonē cōfert cum muliere peccatrice, tangit leprosos, lavat pedes. Hæc similiter facere debent magnates eius: scilicet obsecrare, rogare, lavare pedes, tuguriola (si opus est) intrare; contumelias, opprobria, crucem pro eo sustinere; calicem nōnectaris, sed fellis bibere; Paulū Apostolum, non Paulum Samosatenum agere. Hæc discipulorum Iesu sunt. At regum artes, longè diversæ: illi non obsecrant, sed imperant: illi non lavant pedes, sed humillima obsequia omnium expectant: illi non bibunt calicem Christi, sed potius Bacchi: illi non ingrediuntur tuguria, sed in celsis palatijs habitant: illi non ferunt convitia & opprobria propter Christum, sed a mundo vanissimis titulis honoris insigniuntur: deniq; non aliquando pro Iesu vitam profundunt, sed vitam omni voluptatum genere perfundunt. Ista regum sunt perplurimorum, regum scilicet Gentium, de quibus loquitur Iesus. Ista non sunt discipulorū & professorum ejus. In his ergò, regibus gentiū minimè assimilentur. Luc. 22. 27. Euseb. lib. 7. cap. 25.

Sed non solùm historia Sacra, sed etiam ecclesiastica docet hanc differentiam ministerij in domo, & ecclesiā Dei. Atq; vt ab eius incunabulis exordiar, sic de *Ioanne* legimus. *Ioannes*, qui supra pectus Domini recubuit, qui fuit summus sacerdos, & pontificale πέταλον gessit, martyr, & doctor ecclesiæ ipse, & apud Ephesum dormivit. Ista refert Euseb. lib. 5. cap. 24.

[illegible] episcopus Ephesinus ad *Victorem* episcopum Romanum. [illegible] locum *Hieronymus* trãstulit in catalogum suum,& πέταλον [illegible],auream laminã in frõte. Hic dignitas *Ioannis* inter reliquos ministros Dei(quos illi patres sæpiùs sacerdotes dicere soliti sunt)etiam vestis cujusdã distinctio ad gradum eius designandum,legitur.Hocq; firmatũ est tribus fide dignis testibus,Policrate,Eusebio,Hieronymo.

Item inter primos illos Monachos, qui ob persequutionis æstum in solitudines fugere cogebantur,& qui inprecibus & sacrarum scripturarum meditationibus,totam ætatem degebant, Episcopum fuisse legimus. Addit autẽ(inquit Eusebius)his *Philo Iudæus*,qui totum horum Monachorum institutum descripserat,(quorum regulam vtinã Monachi nostri sectati essent)quomodò sacerdotes vel ministri exhibeant & perficiant officia sua,vel quæ sit supra omnia episcopalis apicis sedes,Quę õnia,si quis pleniùs velit & exploratiùs discere,ostẽdimus ex quo fonte ista debeat haurire. Vbi primò discere possumus, quid sibi velint Patres ꝑ nomen sacerdotis,quùm illo sæpiùs vtuntur. Sanè quidẽ nihil aliud,q̃ ministrũ,vt ex hoc loco patet. Sic.n.Eusebius hic & Philo,sacerdotẽ ministrum interpretantur. Non.n.tũ illi ita de nominibus curiosi erãt,vt nũc dierũ multi. Secundò,supra ministros istos in solitudine ista,constitutum fuisse inter istos monachos episcopalem apicem;id est,vnum, qui superintenderet ministris istis, & videret,an in statione manerent,& annon nutarent quandoque.

Euseb. lib. 2. c. 17. Edit. Basil. 1544.

Hieronymus autẽ ipse in Catalogo Scriptorum ecclesiasticorũ,cuiq; gradum hunc honoris ac dignitatis præscribit , vt alios presbyteros tantùm,alios episcopos nominet. Presbyteros autẽ ille intelligit,non illos moderatores,& rectores ecclesiarum tantùm,quos aliqui volũt: sed insignes doctores ac pastores. Ac in primis,ipsum *Iacobũ* ab ipsis Apost.ordinatũ episcopũ Hierosolymorum asserit. Et *Ignatius* Antiochenæ ecclesiæ tertius Episcop⁹ erat post *Petrũ*. *Policarpus* etiã *Iohãnis* Apostoli discipulus,ab eo Smyrnæ Episcopus ordinatus, totius Asiæ princeps fuit. Hic videmus Apostolos omnes in vnaquaq; civitate magna,viros egregios episcopos ordinasse;& etiã eorundẽ jurisdictionẽ latè patentẽ esse: Adeò,vt *Policarpus* jã princeps Asiæ dicatur. Sic *Papias* Iohannis auditor,Hierapolitanus episcopus in Asia fuit:et Dionysius Corinthiorum Ecclesiæ Episcopus:qui tantæ fuit eloquẽtiæ & industriæ, vt nõ solùm suæ civitatis & provinciæ populos, sed etiã aliarum vrbiũ & provinciarũ Episcopos Epistolis suis erudiret. Ergò ipse non solùm vrbẽ & provinciã;sed etiã alij episcopi etiã suas vrbes

&

& provincias habebant. *Policrates* Ephesiorum episcopus gloriatur q̄ septem ex propinquis suis Episcopos habuerat, & ipse erat octavus.

Presbyteri verò item recensentur plurimi, ijdemq; egregij viri, inferioris ordinis q̄ episcopi: super quos episcopi manus imponebant, & ordinabant. Talis extitit *Origenes*, qui presbyter tantùm perhibetur ordinatus à Ierosolymorū & Alexādriç episcopis. Talis presbyter *Tertullianus* dicitur, & *Clemens* Alexādrinus, & ipsemet itē *Hieronymus*. Hinc clarè apparet, episcoporū hūc ordinē ab ipsis Apostolis initium sūpsisse, vt ista exēpla verè loquūtur. Hęc *Hieronym*⁹ docet in catalogo

Posteà succedente tēpore ecclesiâ jam grandescente, excrescente, & ad maturitatem quandā perveniente, eundem eius etiam fuisse statū regiminis & gubernationis legimus. Atq; hic vel imprimis Ariana hæresis hoc ipsum manifestū reddit. De cuius initio sic legimus. Post *Achyllā* verò *Alexander* fortissimus Evāgelici dogmatis prædicator, ordinatur Episcopus. Hoc tempore *Arius* in ordine presbyterorum erat, & expositionem divinarū Scripturarū videbatur habere sibi cōmissam. Videns autē *Alexandrū* pontificatus gubernacula suscepisse, evētū tēporis nō portavit, sed & mordacitate cōpulsus, litis quęrebat initiū. Hic primò, regimē ecclesiarū episcoporū fuit, nō presbyterorū, sivè laborantium in verbo, sivè non laborantiū. Secundò, presbyterorū ordo inferior ordine episcoporū habetur. Tertiò, presbyteris cōmissa legitur verbi prædicatio. Et paulò post sic legimus. *Alexander* autē Apostolicorum dogmatum prędicator, primò quidē eū revocare admonitionibus & cōsilijs nitebatur. Cùm verò eū superbire vidisset, & apertè impietatis facinora prædicare, ex ordine sacerdotali removit. Hic etiā episcoporū authoritas elucet: qui, vt imponere manus presbyteris ex Apostoli præcepto possunt; sic eosdem etiam iterum ex sacris ordinibus possunt removere & secludere. Et sanè si iuxta hanc regulam in tales refractarios, & impietatis doctores Episcopi nostri incederent; vt non stipendijs privarent, sed illis ordines ipsos adimerent, meliùs profectò consulerent paci Ecclesiæ.

Tripart. hist. lib. 1. c. 12. Edit. Basil. 1544.

Et lib. 1. c. 19. Tripartitę Historię, (vt huius historiæ filum paulò lōgiùs protrahamus) sic habetur. Dum eorū (amicorum scilicet ipsius Arij) studium defecisset, *Alexandro* nequaquā consentiente (vt *Ariū* scilicet in ecclesiæ sinum iterum admitteret) legatione fungitur *Arius* ipse apud *Paulinū* Tyri episcopum, & *Eusebiū Pamphili* pontificem Cæsareæ Palæstinæ, & *Patrophilū* Scythopoleôs, petens vnà cum suis, vt juberetur cum populo, qui cum eo erat, solēnia sacramenta eccle-

fiæ celebrare, tanquā ipse prius presbyterorū habuisset officium. Esse decretis cōsuetudinē in Alexandriā (sicut etiam nunc) vt vno existēte super omnes episcopo, presbyteri seorsim ecclesias obtinerent, & populus in eis Collectas solenniter celebraret. Tunc illi, vnà cum alijs episcopis in Palæstinâ, congregati, tale decretum super petitione *Arij* protulerunt; Iubentes eos Collectas exercere, sicut priùs: esse tamen subditos *Alexandro* pontifici, & deprecari semper, vt eius pace & communione fruerentur. Hîc ipsius *Arij* confessione, (qui sine dubio quantum potuisset *Alexandri* æmuli sui & adversarij auctoritati derogasset) *Alexander* ipse vnus prępositus agnoscitur. Tum etiam liquet, quòd sub eo presbyteri singulas ecclesias obtinebant, & in illis collectas (sacram scilicet Synaxin, quæ Collectæ nomine dicebatur, quòd tum Collectæ pro pauperibus & egenis fieri consueverunt) celebrabant. Hicq; ipsam Orthographiam ecclesiæ Alexādrinæ clarè cernere ac perspicere possumus. A cuius formâ & disciplinâ ecclesiæ nostræ Metropolitanarum civitatum iam non discrepat.

Tripart hist. lib. 1. cap. 19. De imperatore verò *Constantino*, & de litis huius cōclusione, in eodem loco paulò post sic legimus. Cùm in Ægypto multis concilijs celebratis hæresis pullularet, ità vt ad regalia vsq; perveniret, nō mediocriter *Constantinus* Imperator affligebatur, eò quòd religione nuper inchoante crescere, multos à Christianitate dogmatum discordia avocaret. at propterea culpabat & *Arium* & *Alexandrū*, eisq; scribens arguebat, quia cum latere potuisset hæc quæstio, eam deduxissent in medium, & vehementi studio contentiones movissent: quæ nec quęrenda erāt, nec ab initio cogitanda, aut cogitata potiùs taciturnitati jure tradenda, cùm vtiq; ab alterutris non seiungi potuissent, licet ex aliquâ parte dogmatis dissonarent. Ex quâ quidē narratione etiā patet Imperatori primam curā religionis, fidei, rerum ecclesiasticarū, pacis ecclesiæ, incumbere, & non Pontifici Romano. Si n. ad pontificem Romanum hoc negotium spectasset, audax nimis fuisset *Constātinus*, qui manum suam adhibuisset, & falcē in alienā messē injecisset. Tum etiam si hæc episcopo Romano demandata provincia à Servatore nostro fuisset, socors planè ac supinus, qui illam ipsam hîc neglexisset. Deindè hîc etiā Satanæ studium claret & manifestatur: quòd cum nihil per feras, & agrestes illos apros possit in vineā Domini efficere, tandē per filios suos proprios matri illi, ecclesiæ scilicet, molestiā & vexationem molitur inferre. Nec ferre potest aliquando navē Christi sine fluctu esse, puppim ejus sine procellâ. Similem astum & æstum ejus

ejus in ecclesiam nostram jam nunc quilibet non planè cæcus animadvertere potest.

Hæcq; cura *Constãtini* elucescit nõ solũ in hoc magno incẽdio restinguẽdo; sed etiam in minoribus scintillulis delẽdis. Audiẽs.n. in Oriẽtis partibus de Paschate controversias, & etiam in Ægypto de dogmatibus quibusdã religionis, misit *Osium* Cordubensem episcopum ad ista mala sananda & sedanda. Et cum iste nihil boni facere potuerit, ipse convocat celebre illud Nicænum Concilium, non consulto Papa. Sic.n. testatur Socrates. Tum famosissimum illud in Nicæa Concilium fervor principis excitavit, publicis asinis, & mulis, & curracibus equis, episcopos, & qui cum eis erant, ad Synodum venire præcipiens. Hic nulla Pontificis Romani sententiæ ratio legitur, vel postulatio. Quin posteà ecclesiastica illa, nõ Evãgelica regula irrepserit: præter nimirũ sentẽtiã vel præsentiã Pontificis Romani cõcilia nõ debere celebrari. Hist. Tripart. lib. 1. c. 21.

In ipsa autem Synodo hunc ordinem episcoporum legimus. Communicabant Nicæno Cõcilio ex Apostolicis sedibus *Macarius* Hierosolymitanus, *Eustathius* jam præsidens Antiochenæ apud Orientem ecclesiæ, & *Alexander* Alexandriæ, quæ est apud stagnum Maream. *Iulius* autem Romanus episcopus propter senectutem defuit, erantque pro eo præsentes, *Vitus* & *Vincẽtius* presbyteri ejusdem ecclesiæ. Hic Romanus episcopus vltimo loco recensetur: tum si Primas omnium & caput fuisset, deputati ejus sine dubio in Concilio eius locum occupassent. Sed hic alius ordo, & Apostolicæ constitutioni magis consentiens servatur, vt nimirum *Ierosolyma*, vndè Lex & verbum Dei exierat, primâ sede & loco poneretur. Illo enim argumento ad Corinthios se efferentes vsus est Apostolus: Exijtne verbum è vobis, vel ad vos solos pervenerit? Quasi diceret, Siqua ecclesia gloriandi occasionem habet, ea est, ex qua verbũ Dei exierat. Hincq; hujus, quasi matris, õnes Apostoli in peregrinationibus suis magnam curam habebant. Secundo verò loco recensetur *Antiochena* ecclesia, veluti huius matris vel prima filia, quæ nomen Christianorum primò fidelibus imposuerat: quæ etiam & Petri sedes fuerat. Tertio autẽ loco *Alexandrina* ecclesia à Marco Evangelistâ fundata, & eius præsentiã, & prædicatione celebrata. Vltimo demũ omniũ collocatur Romana ecclesia, idq; non sine causâ. Hæc.n. ijs sine dubio in fidei professione iunior & posterior extitit: cui etiã omnes illæ matres in Christo esse possent. Tũ ista nullius Apostolorũ sede ita celebris fuit, atq; cæteræ illæ: nisi forte Apostolorũ cæde & internecione eã claruisse dicemus. Paulus enim Tripart. Hist. lib. 2. cap. 1.

captivus Romæ detinebatur:& Petrus, si vnq̃ ibi fuerat, incarceratus degebat, ligatus quò nollet transferebatur; non liber et solutus, vt in Antiochiâ, præsidebat. Hinc etiã colligitur manifestè episcoporũ & presbyterorũ differẽtia. Et inter ipsos etiã episcopos sedis, non superioritatis; ætatis in fide Christi, non authoritatis Papisticæ rationẽ habitam constat, ipsumq; Papam Romanum vltimo loco collocatum.

Lib.2.c.9. In concilio verò isto trecenti quidem decem & octo hanc venerabilem fidem & agnoverunt, & amplexi sunt, & (sicut ait Eusebius) cõsonantes vnanimes in scriptis explanaverunt. Quinq; verò solummodò non receperunt, verbum consubstantialitatis reprehendentes, *Eusebius* scilicet Nicomediæ Præsul, *Theogonius* Nicænus, *Maris* Chalcedonensis, *Theonas* Marmaricenus, *Secundus* Ptolemaidis. Ideoq; Synodus *Arium*, & consectatores eius anathematizavit omnes, adjicientes neq; accedere eũ in Alexãdriã. Præceptisq; principis repentè eũdem *Arium*, & q̃ circa *Eusebiũ*, & *Theogonium*, & qui cum eis, exilio

Cap.17. deportavit. At posteà, Eusebius & Theogonius pænitentiæ libellum summis episcopis mittẽtes, ab exilio revocati sũt Imperiali præcepto, & suas ecclesias receperunt, expellentes eos, qui in ipsorum locis fuerãt ordinati. Vbi quatuor illi, Hierosolymitanus, Antiochenus, Alexandrinus, & Romanus, summi episcopi dicuntur. Hic ergò quatuor summi episcopi leguntur. Non adhuc ille vnus summus episcopus in lucẽ æditus fuerat. Atq; huc vsq; placuit breviter *Arij* historiam perstringere & prosequi ad hanc rem, q̃ in manibus habemus, elucidãdã.

De *Origine* etiã sic scriptum reperio. *Origines* veniens in Palæstinæ

Euseb.lib.6. c.15. Edit. Basil.1544. partes, apud Cæsareã morabatur: vbi & disputandi in ecclesiã, atq; explanãdi divinas Scripturas ei ab episcopis injungebatur officiũ, & quidem necdum presbyteri sibi ordinatione collatã: sicut relatũ invenimus in Epistolâ Alexandri rescribentis Demetrio post multũ tempus hæc ipsa culpanti. Scribit autem hoc modo. Quod autem addidisti in literis tuis, nunquam auditũ, aut aliquando factũ esse, vt præsentibus episcopis Laici disputent: nescio quã ob causam tam apertum medaciũ asserere volueris: cùm consuetudo hæc sit, vt sicubi inveniantur, qui possint fratres instruere in Ecclesiâ, & consolari populũ, ad tractandũ semper à sanctis Episcopis invitentur: sicut Euelpius à fratre nostro Neone apud Larandos, & Paulinus à Celso apud Iconium, & apud Synnadã Theodorus ab Attico. Non autem dubium est, q & alij plurimi in alijs locis, si qui sint, qui possint opus Dei in verbo & doctrinâ competenter explere, ad hoc ipsum à sanctis episcopis invitẽtur.

tur. Hinc patet in primâ illâ, ac incorruptâ, puráq; ecclesiâ, Diaconos prædicare solitos fuisse, & episcopos etiam illis prędicationis facultatē & licētiā cōcessisse. *Origines* verò rogatus ab ecclesijs quæ sūt apud Achaiam, vt illō vsq;, p cōvincendis hæreticis, qui inibi liberiùs cōvaluerāt, perveniret: eò pergēs, & iter necessariò faciens p Palæstinā, presbyter apud Cæsaream ab illius provinciæ episcopis ordinatur. Cap. 18.

Quòd etiam in vnâ civitate nisi vnus episcopus esset tūc temporis cōstitutus, & q Imperatores ius & authoritatē cōstituēdorū ipsorum Romanorū episcoporū, quòdq; Romanus Pōtifex caput ecclesię nōdū se vēdicaverat, aparet ex illâ de Liberio historiâ. Cū. n. Imperator Cōstātius cum Liberio illo veritatis propugnatore, & victore itē (vt vocat eū Theodoretus,) multos sermones habuisset: tandē vrget eum totius orbis consensu. Quota pars, inquit, es totius orbis: quoniā tu solus hominē vindicas nephandissimū, & orbis terrarū pacē, ecclesięq; dissolvis? Liberius dixit. Nō eò, q ego sum solus, fidei causa minuitur. Nā & antiquitùs tres soli reperti sunt resistentes præcepto regis. Hic Liberius, Romanus episcopus, quē Theodoretus vocat ppugnatorē veritatis, qui firmiter exiliū sustinuit, ne primatū hunc suū totius orbis vno verbo asserebat, hoc ipso eum Imperatore vrgente. Non saltē timore hoc omisisset, qui pecuniā, & gratiā principis non curabat, vt ex fine hui⁹ Dialogi apparet. Imperatore. n. egredięti ei in exiliū ad expēsas quingētos solidos destinante, Liberius deferenti dixit: Vade, da eos Imperatori: opus. n. habet suis militibus erogare. Posteà verò Romanarū matronarum precibus post bienniū ab exilio revocatus: cū Imperator rescripsisset, Felicem & Liberiū gubernaturos ecclesiā communiter: literis his in Circensi spectaculo relectis, populus clamavit, Vnus Deus, vnus Christus, vnus episcopus: in vna scilicet civitate. Sic. n. sequitur. Post has verò Christo amabilis populi pias & iustitiâ exornatas voces, sanctissimus quidem Liberius est reversus, Felix autem recedens habitavit in alia civitate. Hist. Tripart. li. 5. c. 17.

Historia Moysis cujusdam perinsignis est, & huic tractatui accōmodata. Mauvia Sarracenorum gentis regina, vehementi bello Palęstini & Arabici limitis oppida atq; vrbes quatere, vicinasq; simul vastare provincias cæpit. Cumq; frequentibus bellis Romanū attrivisset exercitum, & plurimis peremptis, reliquos vertisset in fugā, orata pacē, nō aliter se amplexurā promittit, nisi Moyses quidā nomine, monachus gēti suę ordinaretur episcopus. Qui in eremo partib⁹ suis propinquâ vitā solitariam ducens, meritis & virtutibus, ac signis, quæ faciebat De- Euseb. lib. 11 cap. 6.

...um, magnificè innotuerat. Petitio ejus principi indicata Romano, sine vllâ dilatione jubetur impleri a ducibus. Moyses ad sacerdotiũ suspiciendũ Alexandriã ex more deducitur. Adest Lucius, cui ordinãdi ferebatur officiũ. Quo viso, Moyses præsentibus ducibus, qui perugebant, & populis, ait: Ego quidẽ me non esse dignũ tanto sacerdotio iudico: verũtamen si aliqua in me, licet indigno, divina dispẽsatio putatur explẽda, Deũ nostrũ cęli ac terrę dominũ testor, ꝙ Lucius sanctorũ sanguine pollutas & cruentas super me non injiciet manus. Cumq; Lucius tam gravi notâ inustũ se videret in oculis plurimorũ: Quare, inquit, ô Moyses, tã facilè condẽnas eum, cujus fidẽ ignoras? Aut si tibi aliquis de me aliter indicavit, audi fidẽ meã, & tibi ipse magis q̃ alijs crede. Tũc ille: desine, inquit, ô Luci, dolosis tuis me quoq; imaginibus aggredi. Benè mihi nota est fides tua, q̃ protestãtur servi Dei per metalla dãnati, episcopi in exiliũ trusi, presbyteri, diaconi extra Christiani nominis habitacula relegati, bestijs alij, alij etiã ignib⁹ traditi. Numquid potest verior esse fides quæ auribus capitur, q̃ quę oculis pervidetur? Apud me certũ est, ꝙ qui Christo rectè credunt, ista non faciunt. Et ita majori dedecore deformatus (quoniã perurgebat necessitas Reipub. consulendi) cõpulsus est acquiescere, vt ab episcopis, quos in exiliũ truserat, sacerdotiũ sumeret. Quo suscepto, & gẽtis ferocissimæ pacẽ tenuit, & fidei catholicæ custodivit intemerata consortia. Ex qua quidẽ narratione ista possunt excerpi: Primò, omnẽ animã, sivè monachorũ, sivè episcoporũ, Romano principi subditã fuisse. Quod etiam Eusebius Samosatenus ab Imperatore in Thraciam in exiliũ deportatus, eos, qui eum retinere nitebantur, ne in lupos oves eius inciderent, docuit. Quĩ cũ flectere non valuissent, audierunt eo legente Apostolicã legẽ, quæ apertè iubet nos Principibus & potestatibus esse subiectos. Secũdò, qui veri illi & primi monachi fuerint: scilicet, q̃ duriter in eremo, non in Monasterijs delicatè vitas agebant. Tertiò, qui ordinare debent episcopos: Lucius hic Alexandrinus ex officio. Quartò, qui gradus ecclesiastici ministerij: scilicet presbyteri, Diaconi, Episcopi. Quintò, quæ vera fides: quæ scilicet non verbis se prodit; sed operibus: qualem etiam nobis D. Iacobus depingit.

Triper. Hist. lib. 7. cap. 16.

Authoritas verò horum dispẽsatorum omniũ hoc loco Evãgelistæ nostri in genere vno nomine exprimitur; scilicet, ꝙ ἐπὶ τῆς θεραπείας Domini constituuntur: officiũ, ꝙ prudentes, ꝙ fideles, ꝙ τὸ σιτομέτριον (vt habet D. Lucas) .i. mensurã cibi dent, idq; in tẽpore opportuno, ἐν καιρῷ. Et primò, θεραπεία, & famulitiũ integrũ, & medelã etiã significat. Prępositi

sunt

ſūt ergò vniverſę familię Dei, ōnib' eius rebus, eius vniverſę negotiationi[illegible] ōnes in vniverſū diſpenſatores: vt doceāt, vt ducāt, vt paſcant, vt cōtrahant, vt ſanent, vt ſecent, vt Satanæ & morti tradāt. Hæc authoritas, hæc munera, quæ eiſdem a Domino cōmendantur: iſta prudēter & fideliter diſponant. Prudentia verò iſta in circūſtantijs cernitur: fidelitas ex rebus ipſis elucet. Prudentiæ eſt, vt ōnia decenter, opportunè, diſcretè, ꝓ dignitate cuiuſq;, in lenitate ſpiritus, cū abſtinentiâ quadā ſanctâ, & providâ, ad lucrū animarum, cum tolerantiâ infirmitatū, vt vigor accedat; ita tamen, vt ne ponantur vel approbētur ſcādala, gerant & perficiant. Iſtam prudentiæ regulā cōmēdat nobis Ieſus in Evangelio, & Apoſt. in Epiſtolis; ſæpè verbo, ſæpe exēplo; ſæpè præcepto, ſæpè præmio, vt in eadē piè & ſobriè inſiſtamus, hortantur: ne margaritæ projiciantur porcis: ſed vt lac præbeatur infirmis, ſolidus cibus ſanis, lenimēta valitudinarijs, ęgris pharmaca, putridis [illegible], exuſtiones, reſectiones adhibeātur: vt in offēdiculis præcedat ſemper admonitio lenis, & privata; in contemptu accedat plurimorum increpatio & conteſtatio: in contumaciâ verò & obſtinatione, ſeparatio, excōmunicatio, & exuſtio. Vt hic ordo ſervetur ſēper, hæc ſit methodus medēdi inter [illegible], inter medicos, chirurgos, & curatores domus huius & familię Domini, vt nūquā admoueatur ferrum, priuſquam apponatur oleum: vt nunquam ad cultrū & ignem ægros deducamus, ſi modo quacūq; aliâ ratione ad priſtinā valetudinē poſſint reduci & revocari. Vt cuiq; peccata ſua, liberè, audacter animoſè patefaciant: vt nō ſint calūniatores, non adulatores, non detractores, diſpenſatores iſti. Vt non in aures populi paſtorū næuos ingerant: vt non in aulis regū populariū lapſus divulgent: vt non in angulis & villis, cū Abſalomo illo perdito, regū & principū mores & errores vel depravēt, vel declarent, vel in populi aures & animos inſtillent. Dicāt Achabo peccata ſua coram & in aula, cū Eliâ: cū Samuele, dicant ipſi Eli ſuam in rebus divinis negligentiam, & filiorū nequitias, & ei pænas ex ore Domini denūcient: quia non Shiloh eſt profectus Samuel, vel Bethel, vel Gilgal, vt iſta prędicaret, & divulgaret, vbi celeberrimi cōventus Iſraelitarū habebantur: ſed intra domeſticos parietes, a Domino inſtructus, ipſi Eli iam patri ac patrono ſuo iſta ōnia declarabat. Populo verò prædicent & dicant peccata, & defectiones ſuas, & ex illâ arctâ ſemitâ legis declinationes. Clament cum Eſaiâ, & non ceſſent. Apud Clerum (vt loquuntur) audiant paſtores peccata: in quibus deliquerunt in aulâ reges: in villâ, in montibus ruſtici & agreſtes homines delicta, & facinora audiant, vt eis valedicentes, ad veram pietatem efformentur. Hoc eſt prudentiæ, hoc

ſynceritа-

[illegible] hoc discretionis.

[illegible] pastorũ in hoc posita est, vt nil abscõdãt, aut detineãt [illegible] vt non captent gratiam principiũ: non aurã popularẽ: [illegible] aut munera Balaac aut exoptent, aut desyderent: vt õnia quæ dixerit illis Dominus, fideliter loquantur, etsi percutiat idololatricus Ieroboamus: etsi minetur Micheæ iratus Ahab: etsi libidinosus carceribus includat Herodes: etsi in crucem tollant inuidi & furentes Iudæi. Hoc fidei est, Valedicere scilicet hic parentibus, affinibus, propinquis, & vitæ suæ, vt hanc Domini legationem fideliter & fortiter obeant. Non cum Ionâ illo subterfugiant, aut latebras & angulos quærant: vel cum Mose, linguæ hæsitantiam prætendant: vel infantiam cum Ieremiâ. Omnia impedimenta, remoræ, & obstacula sunt illis abjicienda. Ne salutandus quisquam in viâ, ne cursum eorum salutatio impediat. Ne (quod fuit Petrus Christo Domino) obvius ille, pro consiliario, Satanas illis existat. Imò hîc ne consultoribus vti carne & sanguine, sed Spiritu Sancto rapi debent: Quòd & Apostolus fecerat. Cum Mose, non regnum Ægypti, non filiam Pharaonis, non præsens otium, & quietem; sed potiùs promissa Dei, magnalia eius, populum eius, exitum in fine, & liberationem eius, Canaan & cælum ante oculos habeant. Hoc fidei est. Cum Iosepho scilicet non blanditias dominæ; non delitias eius; non breuem illam voluptatem: sed timorem Dei, dispensationem magistri, eiusdemq; exequutionem fidelẽ spectare & curare. Illa traxissent inconstantem arundinem: sed ista non movebant fidam & firmam illam petram Iosephum. Tales esse debent Domini dispensatores; qui omnia huius mundi blandimenta ita contemnant, vt nec regum comminationes, vel promissiones, non carceres, vel deliciæ quicquam eos moveant, vt ab officio suo, aut à mandato Domini seipsos amoverent. Sed vt, quod Balaam tantummodò dixit verbis, illi omnes reuerâ præstent opere: Iam ecce veni ad te, possũne ego vllo pacto aliquid loqui? illud ipsum verbum, quod indiderit Dominus ori meo, solum loquar.

2. Cor. 4. 1. Hanc fidem quasi sua manu delineat nobis Apostolus. Habentes ergò ministerium tale, vt Sanctum Spiritum ministremus cordibus auditorũ, non vt legis lapides cum Mose, sicut misericordiam sumus consecuti, ad hãc magnâ legationẽ obeũdã, nõ asciti, vocati, cooptati vllis nostris meritis, ne in officio illo vllis malis fracti succumbimus, non cedimus, non segniter nos gerimus, non segnescimus: (vt habet D. Beza) sed abdicavimus (veluti patris illius Adami degenerem filium) abdita, abscondita

tur-

turpitudinis, ficulnea tegumenta eius;non ambu[illegible]
non falſantes,vel cauponantes verbum Dei(q̄ illi ſolent, q̄ [illegible]
merces,& emptores fallunt)ſed manifeſtatione veritatis,(iuxta Serua-
toris illud præceptum,Quod accepiſtis in aurē,prædicate ſuper tecta)cō
mendantes nos ipſos apud omnem conſcientiam hominum in conſpe-
ctu Dei,manifeſtamus nos Evangelium Ieſu, & clarum & perſpicuum
reddimus:adeò,ſi vt tectum & velatum ſit iam,abſconditum ijs eſt, qui
pereunt;illis reprobis,quorum obſcuravit Satan princeps mundi huius
mentes,& intellectum,ne fulgeret illis, ne irradiaret eos lumen illud E-
vangelij gloriæ Chriſti,qui eſt imago Dei.In hac tantâ legatione,& tam
cæleſtis nuntij declaratione, in manifeſtatione tantę lucis,gloriæ,ſalu-
tis,fides requiritur:vt cum omnia ſint pura,ſyncera,ſplendida, incorrup
ta & glorioſa:Rex ſcilicet & legatio;Chriſtus & Evangelium:legati eti
am puri,incorrupti,fideles,non fallaces eſſe debent:vt pro virili huic tā-
to muneri reſpondeant.

Alterum horū diſpenſatorum munus eſt,vt dimenſum,cibū,& alimen-
tum familiæ Domini in tempore dent,& diſtribuant: vt cuiq; pro cap-
tu & conditione myſteria abdita verbi præbeant:vt cum Paulo frænum
imponant labijs ſuis,ne poſſint loqui Corinthijs carnalibus,infantibus
adhuc in Chriſto,alta,ſublimia,& quaſi dura oſſa illa agni Paſchalis:vt
apud Hebræos illos veteranos,doctores iā ob tempus,omiſſis elemen-
tis ipſis,& principiis quaſi verborum Chriſti,ad perfectionē ferantur: vt
rectè diuidant ac ſecent verbū veritatis:vt demū ſe operarios ſine eru-
beſcentiâ conſtituant.Matthæus autem non dimenſi huius meminit,ſed
tantùm nutrimenti & cibi:ex quo neceſſitatē verbi,prædicationis,& mi
niſterij docens;oſtendit cibū animarū eſſe verbum,ſemen eſſe cordium,
ſalē eſſe ciborū.Quare,ſine iſto pereunt ōnes fame:ſine iſto nullæ fruges
bonorū operū:ſine iſto cōdimento,ōnia ſunt inſipida,& amara. Et quis
demùm guſtus?quis ſapor?quę voluptas cuiuſquā rei poteſt eſſe ſine ſa-
le?quę demùm meſſis quorumcunq; granorū,ſine ſemente?quę demùm
vita ſine cibo?At tales dies patrū noſtrorū erāt.Hic ſal ſapientiæ cęleſtis
deerat menſis & epulis,lautitijs,& cōviuijs eorū.hoc ſemē evāgelij non
ſpargebatur in agris cordis eorū:hoc nutrimēto nō paſcebantur,nō ſati
ebātur,nō ſaginabātur animæ eorū.Erant ergò ſine dubio inſipida ōnia
nec habebant meſſem granorum purorū,non bonorum reverâ operum.
Corpore licet fuerāt pingues,animæ tamē eorū peribāt fame.Semē hoc
ſolum progenerat bona opera : cibus iſte ſolus mentes ſaginat: ſal iſte
ſolus omnia condit,& eadem & grata nobis,&Domino accepta reddit.

 Hinc;

Hincq; necessitas ministrorũ colligitur. Quis.n.lac haurit sine nutrice? quis sementẽ, sine seminatore? quis vel salẽ, sine mercatore? & , vt ait Paulus, quis fidẽ habere potest, sine prædicatore? Deus non vult docere Cornelium ꝑ angelium iam præsentẽ: sed per Petrũ absentẽ, multorũ dierum itinere distantem. Christ⁹ Iesus nõ vult Paulũ illuminare, & oculos eius aperire, nisi ꝑ ministerium Ananię. Dominus ipse nõ vult Iordanem exsiccare vẽto, vel verbo (ꝙ & potuit, & in mari rubro fecit) sed q̃ primũ quiescunt plantæ pedũ sacerdotum in Iordane, portantiũ arcã Domini, tum demùm stant aquæ, & tutò transit populus: & cum sacerdotes ex aqua exissent & ascendissent, reversa est aqua statim in locũ suum, vt flueret supra ripas suas. Nullus trãsitus vel illius Iordanis, vel Iordanis huius mundi, sine arcâ fæderis, sine prælatione (vt ita dicam) sacerdotum, sine prædicatione pastorum. Demerguntur õnes, quotquot sine horũ ductu transire audebunt. In foveã cadunt, qui hic horũ lumen, & ductum non sequuntur. Errant planè in viâ, & sicut oves, errant lõgè periculosissimè, qui non horum vestigijs insistunt. et vt ista necessitas nobis sequendi; sic illis ipsis necessitas incũbit prædicandi, & præcedendi. Necessitas mihi superimponitur: (inquit Apost.) & væ mihi, si non evangelizavero, si nõ cibum illũ cælestem subministravero. Si sponte facio, mercedẽ habeo: si invitus, dispẽsatio mihi est cõcredita. O benignũ Dominũ, q̃ remunerabit suos non ꝓ meritis, sed ꝓ officijs, si fecerint sponte, ꝙ necesse habẽt
1.Pet.5.2. facere! hæc benignitas Dei nostri, hæc remuneratio nostra. Hinc Petrus õnibus pastoribus hoc prædicandi munus injungit: Pascite, inquit, quãtum in vobis est, gregẽ: non oscitanter, non negligenter, non ob turpe lu
Ioan.21.15. crũ: sed ob Dominũ Iesum. Hincq; illud triplex Pasce Servatoris nostri,
17. Domini Iesu, apud Ioãnẽ ipsi Petro: Si amas me, pasce oves meas, pasce oves meas, & iterũ pasce agnos meos: hoc est, quãtũ in te est, pasce. Hoc illud Apostoli ad Timotheum tam vehemens Testor ego coram Deo & Domino nostro Iesu Christo, qui judicaturus est vivos & mortuos in illustri suo adventu, & regno suo, prędica sermonẽ Iesu, verbum Dei: insta tempestivè, intempestivè; argue, objurga, exhortare in omni lenitate, & doctrinâ. Quid possit dici a quoquam ardentiùs? Hocq; illud est ꝙ hic sequitur in Matthæo ipso.

Beatus servus ille, quẽ, quùm venerit domin⁹ eius, invenerit ita facientẽ. Beatus erit servus ille: nec hoc solùm, sed, *Amen dico vobis, omnibus bonis suis præficiet eũ.* Hoc nobis exprimit immensam illam gloriam, quam dabit Dominus fidelibus servis, pastoribus suis. Vt paterfamiliâs expertus dispensatoris fidem, rediẽs illum laudat, honorat, exaltat, nihil ei denegat, omnia

omnia jam in manus eius tradit:Sic cælestis Pater fideles dispensatores suos omnium bonorum,honorũ,præmiorum cælestium cumulo afficiet Non fides illorum inanis erit,non irremuneratus labor, non vigiliæ vanæ.Illud verò, *ἐν καιρῷ, in tẽpore opportuno*; præsentiã pastorum apud greges suos necessariò inferre videtur.Quomodo.n. absens opportunitatẽ illã, seu occasionẽ(q̃ a parte posteriori caluã dixerit Poëta) apprẹhendere & observare potest?Hic prẹsẽtia,& vigilãtia,& expectatio quẹdã requiritur

Quòd si dixerit servus ille malus in corde suo, Tardat dominus meus advẽtũ: cæperitq́; verberare cõservos,quinetiã edere , & bibere cũ ebrijs: veniet dominus servi illius , die quo non expectat,& horâ quâ non novit. Cùm omnes semper sedulò Domini adventum expectare & præstolari debent, tùm prẹcipuè dispẽsatores,& ministri eius.Illi autẽ hunc adventũ eius & credant corde,& animo expectent,& linguâ doceant,& profiteantur operibus, necesse est. Sin verò vel corde incipiant tacitè, secũ cogitare,Nõ veniet adhuc,(licet apud mundũ ore ac plenis buccis istũ eius advẽtum prædicent)næ consilium istud,& tacitã cogitationẽ Dominus haud impunitam relinquet.Voces verò istæ pastorum circumsonare omniũ aures debent:Finis omnium imminet,vt ait Petrus.Et,Iudex prẹ forib⁹ est: 1.Pet.4.7.
vt testatur Iacobus.Et,vt inquit Paulus,Tempus contractũ est: prẹterit velociter forma mundi huius.quarè,estote omnes sobrij,& vigilãtes ad orandũ:estote omnes in mundo,quasi iam extra mundũ.Ne curetis valedicentẽ:ne evanescentem magnifaciatis:ne decrepitum,rugosum,deformẽ ametis.Forma eius præterijt,splendor,pulchritudo(si qua eius fuerit)demarcuit.Iam solùm curæ,rugæ,lachrymæ,sputa,excremẽta eius nobis supersunt Sic concionatus est Apost.Et Ioannes ipse:Pueruli, vl- 1.Cor.7.
tima iã hora est: quid centenarios expectatis?nisi duodecim sunt horæ 1.Iohn.2.18
ipsius diei,& iam vltima adest: & horulẹ curriculũ,quàm breue est,& q̃ citò conficitur?Antichristi multi iam in mundo sunt:eius magni monstri mẽbra & digiti:quorum,vt carnem Iesu Christi aliqui, & deitatem alij: sic ille,cum venerit,cõditionẽ eius,officium eius,Christũ illum Domini negabit.Confitebitur venisse:sed adventus huius effectũ negabit: non esse Christũ illum,messiã,mediatorẽ,reconciliatorem perfectũ,sacerdotem solũ,caput ecclesiæ suæ vnicum affirmabit.At hic messias solus,hic rex ille positus supra Sionẽ,hic salvator vnicus. Quare,hoc Antichristo magno iam præsente,& capite & mẽbris counitis,nihil est ꝙ supersit,ꝙ expectetis,vt mundus iste diutiùs duret. Sic pastores ipsi adventum hũc Domini & instillabunt in auditorũ suorum animos,& ipsimet sibimetipsis persuadebũt.Quòd verò tardaverit tã diù Dominus,Petrus eius mo-

ræ causam nobis aperit: nempè patientiā esse Domini & etiā eius longanimitatē ineffabilem, vsitatā, ac antiquam, quâ expectat peccatores ad salutē, ad pænitentiā, ad resipiscentiam, qui nullos velit perire. Tintinabula illa, & mala granata, in fimbriâ vestis sacerdotalis affigebantur, vt semper finē hunc sonarent, vt huius finis & extremi iudicij consideratio in sacerdotibus illos eximios fructus bonorū operum: illa mala, nō sylvestria, vel vulgaria: sed granata, excellentia, cæteris præstātiora proferret: vt sacerdotes portantes arcam (ꝙ & Iosuah illis præcepit in transitu Iordanis illius) longè præcederent populū, quò illis viæ iter esset manifestius. Qui præfert lumen alteri in tenebris, præcedat oportet: aliàs nullus luminis vsus. Sic sacerdotes, q̄ lucere debent alijs, debent etiā in ōnibus operibus Domini præire. Si autē se associaverint, & veluti comites adiūxerint: tū non duces, tum non sunt typi, tū non exēplaria. Dux præcedat oportet, & exemplar, typus, paradigma vniuscuiusq; rei ob oculos debet poni. Hæc cogitatio sancta, & perpetua, qua Dominū expectamus, fruct⁹ præcellentes æderet & produceret. Nisi hęc cultura, vel similis, cordi adhibeatur, sterilescet, tribulos & spinas proferet. Cogitatio ista advēt⁹ Domini illud proscindet, illud irrigabit, illud succosum & fertile reddet.

Hoc jugo, hac curâ Dominici adventus semel excussâ, quid sequitur? Cuiuslibet scilicet perpetrādi sceleris libido, familiæ deprauatio, ōnium confusio. Sic solent servi se gerere, cū dominū absentē, nec breui reditū sperant: litigare scilicet inter se, epulari, otiari, ōnia dissipare. Sola expectatio adventus eius, familiā vniversāin ordinem rediget, in officio, in munere suo vnūquęq; continebit. Hic locus etiā, cū ab omnibus tyrannidem & asperitatē arceat: tū pręcipuè a ministris. Non debent verberare conservos. Oves errantes ad ovile asportandę sunt, non vrgendæ. Senes vt patres, vetulæ vt matres, juvenes vt fratres, puellæ vt sorores, cū omni lenitate sunt tractandi. Nō vult Domin⁹ (veluti Pharao) præfectos suos, dispensatores, tractarē servos suos. In libertatē ōniū maximā restituit & vindicavit, & eos majori, quàm olim Romani, donavit libertate. Ægrè ferebāt Romani, libertos suos flagris cædi, convitijs affici. Multò minùs rex iste noster feret, qui libertatem hanc suorum tā charo pretio acquisiverit. Quare, caveant pastores, caveant principes, caveant domini illi terrarum & agrorum, quomodò sævitiam vllam exerceant in familiam hanc Domini, in eius libertos: non. n. impunè ferent. Caveant etiam in-
1. Pet. 4. tēperantiam, luxum, excessum mundi huius. Quarto Petri, miratur mundus frugalitatē nostram, austeritatē, ꝙ sodalitia eius, convivia, cōpotationes, nō consectamur, sed ab eis abhorreamus. Sufficit nobis reliquiū vitæ

in his transactum. Redditurí sunt illi impij rationem Iudici, qui paratus iam est & accinctus illos in jus,& in quæstionem vocare. Hoc iudicium nos terreat. Symbolum hoc fidei, disrumpat symbola, societates eorum. Hic judex præ foribus(vt loquitur Iacobus) soluat conviuia, lascivias,& veteres superstitiones nostras. Sic Apostolus Paulus: Tempus iam est sur gendi e somno: propior est salus,& redemptio, quàm cum primùm credideramus. Quare, ab illis vanissimis somnijs comessationum, cubilium, lasciviæ,& æmulationis cessemus. Induamus Iesum Christum; ejus verbum sit animæ cibus: eius vita vestis nostra: eius mors salus; ille solus, via, lumen, lucerna, vt ad salutem immortalem possimus pervenire.

Et dividet eum: ac partem ei assignabit cum hypocritis. Ista dissectio, divi sio,& membrorū dissipatio(atrocissimum genus supplicii apud veteres) gravitatem item supplicij huius servi nequā notat: quāvis aliqui ad disjunctionem & seperationem a familiâ hoc referant. Hæc ergò pæna addi tur ad terrorem; vt, quem non consilij suavitas persuaderet, saltem gravitas pænæ posset perterrere. Perfidus iste fuit in Dominum, fædifragus, ambodexter: Deo servivit & Mammoni: ita iam in duas partes diffindetur. Vt peccatum fuit, sic pæna: vt scelus, sic supplicium: vt in domo authoritas maxima huic commissa fuit, sic ratio postulat, vt in eundem per fidum summa exerceatur austeritas: vt prærogativâ maximâ donatus, sic iam ob flagitia, gravissimâ penâ erit affectus. Ista dissectio non potest nō horrendum ac tremendum iudicium eorum significare, qui in ministerio ac dispensatione ista Domini nequiter, negligenter, infideliter se gerunt. Deus opt. Max. det omnibus servis suis oculos, vt cernant: mentes, vt intelligant: animas, vt caveāt hoc ipsum antequam experiantur. In iudicio longè gravior erit ratio dispensatorum Domini, quàm reliquorum mortalium: non erit eorum causa vulgaris: non eorum examen vt cuiuslibet ex vulgo: de omni animâ sibi commissâ reddent rationem, si non pa verint, si non revocaverint, si non firmauerint, si non præcipitia & pænas ex ore Domini denuntiaverint, ab illis exigetur. Recipient isti vel coronam immarcessibilem, vel pænam ineffabilem,& intolerabilem. Amat triticum suum Dominus, magis quàm agricolæ solent. Non vult eradicationem a suis agricolis fieri vel zizaniorum, vel tribulorum, ne vel vnius grani, & tritici sui culmus vnus damnum sentiat, aut patiatur.

Ac partem ei assignabit cum hypocriticis: illic erit fletus, & stridor dentium. Hypocrisis leue peccatum apud quosdam habetur: imo ne peccatū quidem. Documētū illud Lodovici Gallorū regis(vt a suo Pontaco

refer-

referuntur) iam omnes probè callent, qui nolunt [illegible] latine, nisi tantùm quinq; verba scire, & intelligere, eadémq; satis esse ad regnû, ad forum, ad cuiusuis vitæ institutum [illegible] nempè, Qui nescit dissimulare, nescit regnare. Nihil tã vulgare in mûdo, tam familiare apud omnes, quàm [illegible] Sed hic discant omnes aliam sententiam. Pars huius deplo[illegible] est, vt in exteriores & æternas tenebras mittatur, (vt habet Lucas) qui a Domino indignabundo diuidetur, aut separabitur, (vt dicit Matthæus) erit cum hypocritis. Illi in eodẽ loco, in eodem lacu, in eodem (q aiunt) prædicamento collocabuntur. O grauitatem ergò peccati hypocriseôs!, quæ hujus dispensatoris nequissimi in pænâ & supplicio comites suos & sectatores facit! Simulata sanctitas, duplex est iniquitas: sic solebat proferri vetus illud diuerbiû: licet iam apud multos retrocomeat, & cõpleta sanctitas habeatur iniquitas simulata. Iesus sic suos consulit: Cavete a fermento Pharisæorum, q est hypocrisis. Malum fermentum, q tantam massam bonorum corruperat, deprauaverat, in acrorem quendam & nauseam conuerterat apud Dominum. Iobus autem c. 13. sic ait; Iam, quare acciperé carnem meam dentibus? (q frementes in Dominum faciunt) vel animã meam ponerem in manibus? (q de salute est desperàtiû) Ecce, si enecaret me, annó in eo sperarẽ? certè vias meas ante faciem eius arguam, & reprobabo Iste, mihi salus. Hypocritæ in cõspectum eius non venient. Qui patienter expectat Dominû, qui fortiter eius fidem profitentur, illis Dominus salus in morte, in igne, in fornace. At hypocritæ, qui abnegauerunt fidem Domini, qui fallaciter egerunt apud eum, ne videbunt Dominum. Quare, dispensatores omnes domus Dei prudètia, fides, vigilantia, sẽper comitentur. Famulos verò reliquos omnes (quod habet Dauid) synceritas & integritas, qui expectant Dominum. Et Israelem istum (cum Nathaniele illo) verum, syncerum, sine dolo, & fuco, & hypocrisi, redimet Dominus de manu omnium adversariorum suorum, & collocabit in monte sancto suo; & in æternum non commovebitur. Ad quem dignetur benignissimus Dominus nos deducere, per Spiritum Sanctum suum, omnibus mundi huius præcipitijs, Satanæ præstigijs, carnis illecebris deuitatis, propter Iesum Christum nostrum. Cui vni Deo, invisibili, immortali, & soli sapienti, sit omnis laus, honor, gloria, salus, imperiû, & potentia, in õnẽ æternitatem. AMEN.

FINIS.